This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L. C. E. SCHUSLER.

SPECIMEN LITTERARIUM

DE

L. ANNAEI SENECAE

APOCOLOCYNTOSIN,

DENUO RECENSITAM ET ANNOTATIONE ILLUSTRATAM.

LS18.166.7

Harvard College Library.

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

18 May 1901.

SPECIMEN LITTERARIUM

CONTINENS

L. ANNAEI SENECAE

APOCOLOCYNTOSIN,

DENUO RECENSITAM ET ANNOTATIONE ILLUSTRATAM.

15130
Lucius Annaeus Seneca.

SPECIMEN LITTERARIUM

CONTINENS

L. ANNAEI SENECAE
APOCOLOCYNTOSIN,

DENUO RECENSITAM ET ANNOTATIONE ILLUSTRATAM,

QUOD,

FAVENTE SUMMO DEI NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII ADRIANI BERGSMA,

MATH. MAG., PHIL. NAT. ET MED. DOCT., PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

AC

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIA THEORETICA ET LITTERIS
HUMANIORIBUS HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

in Academia Rheno-Traiectina,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LUDOVICUS CAROLUS EUGENIUS SCHUSLER,

RHENO-TRAIECTINUS.

DIE VIII. M. FEBRUARII ANNI MDCCCXLIV, HORA II.

Traiecti ad Rhenum,

APUD VID. VAN DER SCHROEFF ET FIL.

MDCCCXLIV.

Ls 18.166.7

HARVARD COLLEGE
MAY 18 1901
LIBRARY

Salisbury fund

TYPIS MANDAVIT J. G. ANDRIESSEN.

PARENTIBUS

OPTIMIS, CARISSIMIS

SACRUM.

PRAEFATIO.

Specimen aliquod conscripturus, quo summos in Litteris Humanioribus honores consequerer, constitueram olim scribere de Iuvenale, *eiusque aevo et satira; mox vero, veritus, ne longius illud argumentum me raperet, quam praesenti proposito conveniret, Promotoris, Viri Clarissimi, monitu hoc aggressus sum, ut* L. Annaei Senecae Apocolocyntosin, *plurimis adhuc corruptelis laborantem, denuo recensendi atque commentario instruendi periculum facerem. Quod quominus dubitarem suscipere, fecit imprimis, quod novissima editio,* Ruhkopfii (*L. Ann. Senecae Opp. omnia Vol. IV. Lips.* 1808), *non tantum levi manu tractata, sed manifestis saepe gravissimisque erroribus referta, quin textus multis locis corruptus potius quam emendatus videretur. Accessit*

quod Codex Sangallensis, *cuius collationem cum edit.* Lipsii *Anto.* 1615. *dedit* Io. Casp. Orellius, *Cap. X. Epist. Crit. ad Madvigium, quae praemissa est* Ciceronis *Orat., Brut., cet. Turici* 1830, *quamvis ceterorum Codicum defectus ex eo expleri non possent, tamen libelli pluribus locis emendandi spem egregiam daret, quam augebat etiam* Orellii, *Summi Viri, annotatio critica l. l.*

Difficilem tamen, fateor, laborem suscipere ausus sum, et verendum admodum est, ne in arrogantiae crimen incurram, qui de libello tam corrupto eodemque saepe lacero, in quo emendando et illustrando tot Eruditi Viri iam, idque frustra saepe, desudaverint, me novi quid et boni dicturum esse non desperaverim. Sed ipsa Eruditorum illorum opera quanto auxilio etiam in rebus obscuris adhuc et dubiis mihi fuerit, quis est quin sentiat? Ceterum nemini melius quam mihi notum est, quantopere omni argumento litterario rite tractando vires meae iuveniles impares sint. Quapropter benevole, precor, tentamen hocce Academicum iudicent Lectores; in quo si plurima reprehendenda invenerint, sciant nec mihi quidem ipsi mea admodum placere; si quid hic illic praestare mihi contigerit, benigne accipiant, enixe

rogo. Industria et diligentia compensare studui, quod eruditionis et doctrinae mihi deest.

Varietatem lectionis, quoad potui, exceptis paucissimis, quae a Criticis omnibus merito iam diu explosa sunt, accurate adieci, usus Codicum Mss. lectionibus variis, quas dederunt Beatus Rhenanus *in edit. Erasm.* 1529, Nic. Faber, Hadr. Iunius, alii, *in edit. Morelli*, Lipsius *in Epist. ad Carrionem*, Fromondus *in edit. Lipsii*, Gronovius *et* Ruhkopfius; *imprimis vero* Codicis Sangallensis *collatione l. — Ad libellum illustrandum, praeter eorum, quos nominavi, commentarios et notas, ad manum mihi fuerunt e recentioribus scriptis praesertim* Turnebi *Advers.*, Iani Rutgersii *Varr. Lectt.*, Dan. Heinsii *Dissert. de Ludo nostro*, Sonntag, *zur Unterhaltung für Freunde der alten Literatur. Rigae* 1790. *II.*, *et* Lindemanni *Emendationes ad L. Ann. Senecae Ludum in mortem Claudii Caesaris. Zittav.* 1832. 4o. *pp.* 8. *Aliorum operam recensuit* Sonntagius *l. l. p.* 69--76, *et partim ille, partim* Ruhkopfius *adhibuit.*

In Sonntagii *opusculo versio libelli nostri Germanica datur mediocris, quam sequitur textus Latinus; huic autem quum imprimis melius distinguendo sanationem afferendam putaret* Sonn-

tagius, *mirum in modum fere interpungit. Sequitur deinde dissertatiuncula de ludo nostro, et annotatio parvi admodum momenti. Omnia parum curiose typis mandata. Quod boni inesse videbatur, eo usus sum.* — Lindemanni *scriptio continet emendationes sex, e quibus unam coniecturam Graecam recipiendam duxi. Codicis Sangallensis collationem ignoravit; sola* Ruhkopfii *editio ad manum ei fuisse videtur.*

Lectionem receptam aut emendatam, quoties operae pretium visum, argumentis firmare conatus sum; in interpretatione praeter ea, quae ex Historia et Antiquitate adiicienda videbantur (haec autem longe maximam partem a prioribus Intpp. collata erant), explicationem in locis dubiis et obscuris, itemque in iis, quae emendavisse mihi videbar, tentandam putavi; priorum Interpretum errores corrigere studui. In quibus omnibus si nimis multus saepe fuisse videar, — lubens omnino brevior fuissem, nisi, imprimis a tirone, rationes rerum ubivis reddendas duxissem. Iam vero spero fore, ut hic Senecae *libellus purior quidem quam antea prodiisse a VV. DD. censeatur; hoc certe quaesivi, ut futuro Editori rem faciliorem redderem.*

Parentibus Optimis Carissimis, quibus omnia debeo, qui me inde ab infantia omni bonarum artium et

doctrinarum disciplina et ipsi summo semper amore excoluerunt, et excolendum ab aliis Viris eximiis curarunt, hae studiorum meorum primitiae sacrae sunto.

Laetus hanc opportunitatem arripio grati animi Vobis omnibus, Viri Clarissimi, Doctissimi, Humanissimi, testificandi, qui aut publica, aut privata institutione, operam dare haud recusavistis, ut aliqua disciplinarum parte animum meum ingeniumque exornaretis et pulchri amore imbueretis. Quid cuique Vestrum debeam, nulla me unquam oblivio subibit; grata atque iucunda semper omnium mihi memoria erit.

Tua praesertim, Cl. Goudoeveri, *Promotor aestumatissime, quem non tantum Praeceptorem Eruditissimum, sed etiam Amicum Benevolentissimum habui, quique in hac dissertatione conscribenda quoque omni eruditionis et amicitiae munere mihi affuisti, tot erga me exstant et tanta beneficia, ut nunquam me dignas Tibi grates referre posse, penitus pectore sentiam. Eandem ut in me benevolentiam serves, etiam atque etiam rogo.*

Heusdium *Beatissimum, Virum mihi olim ut ceteris eius discipulis venerandum, frustra compellem. — Manet mihi, quamvis tristis, dulcis tamen recordatio temporis illius, quo Genevae peregrina-*

to, ipso paene supremo Viri die, una cum eo esse eiusque eruditione, sapientia, comitate frui mihi contigit. Vitae iustae, bonae, pulchrae praemio aeterno fruatur animus Viri desideratissimi!

Ut ad Vos me convertam, Sodales Amici, quos Academia iam dudum relicta fidos experiri mihi licuit, est mihi quod sperem fore, ut eadem semper inter nos firma maneat amicitia.

Scribebam Arnhemiae
IPSIS KALENDIS DECEMBR. A. MDCCCXLIII.

L. ANNAEI SENECAE

APOCOLOCYNTOSIS.

PROOEMIUM.

Satira haec Menippea s. Varroniana [1]) in omnibus tum Codicibus Mss., qui adhuc collati fuerunt, tum editionibus L. Annaeo Senecae philosopho adscribitur. Titulus vero in codd. non *Ἀποκολοκύντωσις*, sed teste Ruhkopfio, [2]) in omnibus quos memorat, semper est *Ludus de morte Claudii Caesaris;* unde in editt. quoque sic inscribi solita fuit, usque ad Hadr. Iunium, qui primus ei e Dione Cassio LX. 35, *Ἀποκολοκυντώσεως* nomen dari iussit; quod deinde receptum ab editoribus omnibus, a nonnullis tamen

1) Cf. Ruperti diss. de Satt. Rom. Poett. Iuvenalis Satt. vol. I. pag. LXV. sqq. Hermann. de Sat. Rom. Auct. p. 16. sq. 25. impr. 43. sqq.

2) Senecae opp. vol. IV. Praef. pag. XXII. sq.

alteri additum est. Sed ecce Ruhkopf. in edit. sua titulum Graecum ludo non convenire censens, reiiciendum rursus, et solum Latinum codicum suorum retinendum curavit. Nihilominus contra Xylandri dubitationem, cuius tamen tamquam tituli Graeci omissioni haud dubie tribuendae meminit, Senecam verum esse libelli scriptorem, neglecta difficultate ex hac reiectione orta, probare studuit. Eius sententiam de titulo secutus Lindemannus [1]) hoc certe melius vidit, minus probabiliter ita Senecae hunc libellum tribui posse, quippe qui vix credi possit, duos eiusdem indolis eiusdemque argumenti libellos eodem tempore conscripsisse. Quare, quum Dio Cassius [2]) auctor sit, ludum ab eo in Claudium conscriptum, illumque *Ἀποκολοκυντώσιν* dictum esse, et dicendi genus etiam prorsus diversum a Senecae dictione, imo eiusmodi censeret, ut huius orationem longe antecelleret, libellum nostrum non Senecae foetum, sed beatioris cuiusdam ingenii proventum esse, non sine causa statuere sibi visus est.

Equidem eruditorum his de rebus sententiis saepius accurateque perpensis, ut et ipso libello sedulo per-

---

1) Emendatt, ad L. Ann. Sen. Lud. in mortem Claudii Caes. Zittav. 1832. pag. 3—5.

2) l. l.

lecto, contra Ruhkopfium et Lindemannum tum *Ἀποκολοκύντωσις* titulum ludo restitui, alterum contra, quamvis codicum auctoritate nisum, reiicere tamquam argumento minime convenientem haud dubitavi, tum Lindemanni dubia de dicendi genere facile refelli posse arbitratus, non esse quod Senecae ludus hic abiudicetur, sed cum codicibus ei addicendum esse contendo.

Sed rationes huius dissensionis paucis a me reddendae erunt. Et vero operae pretium erit, quaedam de Senecae proposito in hoc ludo conscribendo adiicere, quippe quod a multis prave intellectum fons gravissimorum errorum fuisse videatur.

Primum de titulo exponam. Ruhkopfius l. l. mentione Codicum facta de eo haec habet pag. XXII: « Omnes autem hi codices, tum collati, tum nondum « collati, quantum comperi, titulum opusculi gerunt: « *Ludus de morte Claudii Caesaris*, nullus, quod « sciam, *Ἀποκολοκυντώσεως* inscriptionem exhibet; « quare nec mihi committendum ratus, ut hoc titulo « opusculum insignirem, eam in omnibus edd. recen- « tioribus obviam, delendam (*sic*) iussi, codicibus quippe « magis quam coniecturae vel haud improbabili ob- « temperaturus: quippe quae ab Hadr. Iunio profecta « est.» Sequuntur nonnulla de argumentatione Iunii. Pergit deinde pag. XXIII: « Sed non satis erat, innuisse,

« a Seneca ideo *Ἀποκολοκυντωσιν* ludum esse appella-
« tum, quod Claudius medicato boleto, quasi phar-
« maco purgatorio (cuius tamen in ludo nulla fit
« mentio, nec prudenter fieri poterat) quod olim
« frequens e colocynthide concinnaretur (quam agre-
« stem cucurbitam vocare licet) perierit; sed ex ipso
« hoc libello docendum erat, inscriptionem ei conve-
« nire. Quod factum non est, neque a Iunio, neque
« a Dan. Heinsio in Diss. de hoc Senecae libello.
« Defendi forsan potest eo, ut dicatur, mutationem
« stupidi innui. »

Quod ad Hadr. Iunium attinet, secundum vocis explicationem, quam hic dedit [1]), nomen libello convenire non potuisse, quis est quin videat? Verum enimvero errasse eum magnopere in verbi et derivatione et ad ludum nostrum relatione, iam dudum monuit, quem altero loco citat Ruhkopf., Dan. Heinsius Diss. l. Hanc dissertationem si legisset Ruhkopf., aliam, puto, melioremque, cum omnino de Ludo nostro, tum de titulo eius tulisset sententiam, nec certe de *medicato* isto *boleto*, *quasi pharmaco purgatorio*, ea, qua fecit, ratione dixisset. Absurdam enim undique esse Iunii interpretationem satis super-

1) Vid. Hadr. Iunii Animadv. I. 17, in Gruteri Lamp. crit. vol. IV. pag. 342. sq.

que ut et doctissime Heinsius probavit non tantum, sed ipse de industria disquisitione de analogia et sensu tituli deque argumento libelli instituta, felicius profecto, quid de eo sit statuendum, docuit. Una tamen in re, ut hoc obiter moneam, nimis acerbe de Iunio iudicasse videtur. Scilicet ratio nominis ab hoc reddita huiusmodi est: « quod, quum constet Claudium « medicati boleti esu fuisse consumtum, fraude quidem « uxoris, sed ingenio Locustae, nobilis veneficae, huic « titulum libello dederit auctor, a praecipui usus « medicamine, colocynthide: cuius prope nulla inter « deiectiora medicamenta compositio sit expers apud « veteres medicos. » Iam ex his Heinsius effecit Iunium verba *medicato boleto* [1]) de boleto *medicinae loco* adhibito, neglecta altera vocis *medicatus* significatione notissima, quae est *veneno illitus*, intellexisse. Mihi quidem, quod ita de Iunio statuamus, non esse videtur, sed haec eum voluisse puto: « boletus medicatus deiicit alvum; idem facit colocynthis, eoque proposito a medicis frequentissimo usu dari aegris solebat; Claudio autem boletus medicatus alvi deiectionem, ex eaque mortem consciverat: Seneca igitur a similitudine effectus ludum, in quo de eius morte agit, quum boleti mentionem facere non auderet, a

1) Sunt verba Suet. Claud. 44.

nomine colocynthis, *Apocolocyntosin* appellavit.» Enimvero ex iis, quae addit de Locusta illa, satis patet eum medicatum boletum de boleto *venenato* cepisse [1]. Sed vel sic tamen non minuitur gravitas rationum, quas recte contra hanc interpretationem Heinsius attulit. Monet enim, nec derivari a *κολοκυνθίς* vocem *Ἀποκολοκύντωσις* posse, sed a *κολοκύνθη*, vel sine aspiratione *κολοκύντη*; *colocyntham* vero in medicina diversam admodum a *colocynthide* esse [2], et ex analogia vocis *ἀποθέωσις* aliarumque similium sensum non esse *mors esu cucurbitae parta* (neque hoc ludi argumentum est), sed *relatio in cucurbitas*, uti *ἀποθέωσις* est *relatio in Deos*. Et sic quidem intelligendus omnino Dionis Cassii l. c. est, ubi ait: *Συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα, Ἀποκολοκύντωσιν αὐτό, ὥσπερ τινὰ ἀπαθανάτισιν ὀνομάσας*, satis aperte, *quasi quandam relationem in immortales*; non uti pessime Xylander reddidit: *de immortalitate fungo parta.*

---

1) Manifestior alius eiusdem Iunii isque mirabilis error est, Batav. pag. m. 110, ubi haec legimus: — *is Caligulam opponat, auctorem et conditorem, meo quidem iudicio, istius pyrgi; cuius stultitiam insignem ac famosam toties in exiguo libello Apocolocyntosi inscripto sugillat Seneca, ut pudeat referre, cet.*

2) Fallitur Ruperti quoque l. l. pag. LXVII, ubi *boletum κολοκύντην* dicit.

Sed paulo inferius haec apud Heinsium legimus: « Quemadmodum Latini stupidos et fatuos dicunt « *fungos*, ita Graeci κολοκύνθας. In cucurbita duo « ἀναισθησίαν [1]) denotant, et stupiditati respondent. « Primum tota est caput: » (quam stupiditatis notam fuisse, laudatis Aristotelis, Polemonis et Hermippi Comici locis probatur): « Alterum est, quod cucur- « bita humida et sine ulla evidenti saporis qualitate « est, id quod ἄποιον a medicis vocatur. Hanc ἀποιό- « τητα in cibis *fatuitatem* dicunt Latini. Ideoque « ἐπὶ κολοκύνθην ἀναφέρεται ἀναισθησία, diceret phi- « losophus. — Quum ergo Pop. Rom. ἀποθέωσιν « exspectaret, quam invidiae vitandae Agrippina pro- « curabat, Seneca, festivi vir ingenii, eius Ἀποκο- « λοκύντωσιν dedit; qua non in Deum, verum in « cucurbitam, olus fatuissimum, Claudium mutavit. « More poetarum, qui naturae cuiusque ratione ha- « bita, in plantas aut animalia, ad quae maxime « accedunt, convertunt, cet. » Et haec vera rei enarratio est. Obiicitur a Ruhkopfio, ex ipso hoc libello docendum fuisse, inscriptionem ei convenire; hoc vero factum non esse, neque a Dan. Heinsio. Si necesse iccirco sit, ut in fine Ludi Claudium reapse *in cucurbitam mutatum* legamus, concedo, non ex

1) Cf. Suet. Claud. 39.

ipso libello docuit Heinsius titulum ei convenire, nec doceri ex eo potest. Sed, et hoc omnino animadvertendum, ex Heinsii interpretatione non *mutatio in cucurbitam* iam intelligi debet, sed *relatio inter fatuos;* haec enim vocis ἀποκολοκυντωσις metaphorica significatio est. Iam quis est, quin libello lecto fatuum Claudium habendum esse dicat? Fatuitas eius ridetur omnibus fere, quibus ludus abundat, iocis et facetiis; in fine vero, quem Roma Imperatorem per tot annos pertulerat, quemque iam Senatus, metu Agrippinae, in Deos relaturus erat vel retulerat, is laboris irriti poena in inferis affectus et servus Aeaco donatus, ab hoc liberti sui curae traditur, ut ab omnibus rebus seriis absit. Quis hoc ludo non id quaesitum effectumque dicet, ut *fatuus* potius *rideretur*, quam *Deus coleretur* Claudius? Convenire igitur omnino opusculo inscriptionem Ἀποκολοκυντωσις, ex ipso ludo satis probatum censeo.

Sed alterum titulum *Ludus de morte Claudii Caesaris*, quem tuetur Ruhkopfius, equidem reiiciendum curavi. Teste Ruhkopfio, codd. quindecim illi, quos memorat, tum collati tum nondum collati, quantum comperit, hunc titulum gerunt. Esto. Opponere Fromondum mihi liceat, qui Praef. ad h. Ludum [1]) ait: « Beatus Rhenanus *Ludum de morte*

1) Vid. Senecae Opp. Ed. Lipsii. 1652. fº. 814. C.

« *Claudii Caesaris* appellasse potius, quam sic inve-
« nisse creditur. » Hinc efficere licet, non in omnibus saltem Codicibus sic inscriptum inveniri. Et ecce Orellius [1]) in collatione quam curavit Codicis Sangallensis cum Edit. Lipsii Antv. 1615, in fine dedit: Divi. Claudii. Explicit. Apotheosis. Annei. Senecae. Persaturam; tituli, de quo agimus, mentionem non facit. Sed quaererem iam equidem ex Ruhkopfio, si viveret, ut hanc inscriptionem ludo convenire ex ipso ludo doceret. Difficile, puto, esset. Imo tam evidenter non ei convenire existimo, ut omnia argumenta supervacanea esse mihi videantur. Legas ludum, et iudices. Neque igitur contra codices illos reiicere ullus dubito. Non haec inscriptio Senecae est.

Satis iam dictum de titulo videtur, ut ne quis amplius cum Lindemanno causam eum habeat, cur Senecae abdicendum libellum nostrum censeat. At altera illi causa est *dicendi genus;* de quo sic disputat [2]): « Accedit, inquit, aliud argumentum,
« dicendi genus. Etenim quicumque vel primoribus,
« ut aiunt, labris scripta Senecae tetigit, infitiari non
« poterit, longe aliam esse Senecae philosophi dicendi

---

1) Vid. Epist. Crit. ad Madvig. praemissa Cicer. Orat. cet. Turici 1830. Cap. X, Pag. XLIII.

2) l. l. pag. 4.

« artem, quam quae invenitur in ludo illo de morte « Claudii. Apud philosophum Senecam omnia sunt « artificiose collocata, antitheticis formulis concisa, « sententiolarum luminibus interstincta, brevibus « membris constructa et assiduitate redeuntium prae- « ceptorum cumulata; apud ludi illius scriptorem « naturali quodam flumine omnia decurrunt, carmi- « na orationi interposita magna facilitate sese com- « mendant; nihil artificiosum, nihil quaesitum, nihil « antitheticum; periodorum membra satis apta et « simplicia, omnia dulci quadam aequabilitate blan- « dientia; verbo ut dicam, diversa omnia a Senecae « philosophi dictione. Hanc differentiam quis est, « qui soli scriptionis generi aut argumenti rationi « tribuat?» Haec ille. Quibus lectis, torrenti quasi flumine decurrentibus, facile quis eius verba iteret: « Hanc differentiam quis est, qui soli scriptionis ge- « neri aut argumenti rationi tribuat?» Sed non omnes semper eruditi viri eodem modo hac de re statuendum putarunt. Heinsium rursus, virum haud spernendi iudicii, unum pro ceteris, qui eius sententiae non adversati sunt, Lindemanno opponam. Is enim Diss. I. statim initio sic scripsit: « Dicendi genus « plane idem, breve, acutum, colis circumscriptum: « temporis illius auribus, ut Tacitus loquitur [1]), ac-

1) Annal. XIII. 3.

« commodatum; et quod multa a declamatoribus « trahit. Regnat tamen id quod in antiquis Comicis, « ac praesertim Aristophane, tantopere mirati sunt « Critici, τὸ εὔθικτον, et pungendi quaedam quasi « dexteritas.» Unquamne iudicia, eadem de re, magis sibi invicem opposita lata sunt? Sane, sicubi, ita hic valet Ovidianum illud: *Medio tutissimus ibis.* Enimvero neque cum Heinsio *plane idem* genus dicendi esse affirmem, et *aliud* quidem cum Lindemanno censeam, non vero ita *diversa omnia* atque aliena ab ea, quam in philosophis scriptis cernimus, Senecae oratione, ut, argumenti et indolis huius libelli ratione rite habita, negari queat, eum ab eodem Seneca conscriptum esse. Vere enim Heinsius *breve, acutum, colis circumscriptum* dixit, ut hac in re a Senecae dicendi genere haud alienum sit; neque hic Lindemanno differentia quaerenda fuerat. Quod vero ad *antithesicas formulas, sententiolarum lumina* et *assiduitatem redeuntium praeceptorum* attinet, quae in Ludo nostro desiderat Lindemannus, neglexisse prorsus differentiam videtur, quae philosopha inter et satirica scripta intercedit, praesertim in eiusmodi satira, qualis nostra est, in qua praecipere identidem nullo modo scriptoris propositum fuisse patet. Uti enim in philosophis scriptis de rebus gravissimis disquirit, veritatem docet, praecipit

de moribus, ita in hoc libello res aut notas aut fictas narrat, ridet universe stultitiam, nonnunquam mordet perversitatem. Et magna igitur differentia intercedere debebat, illa scilicet quae inter gravitatem interest et festivitatem, ut vix ex illis concludi in hunc libellum possit. Quis satiram plane eadem oratione atque philosopha Senecae scripta compositam cum Lindemanno veit? At frustra est, Senecae hunc ludum abiudicare velle; nec quisquam adhuc rationes attulit, quae satis probatae codicum hac in re auctoritati opponi iure possint.

Restat, ut de proposito dicam. Titulum fecerunt, uti vidimus, *Ludus de morte Claudii Caesaris*, neque ulla opera data, ut quaererent, utrum argumento conveniret nec ne, ex eo ad argumentum potius iudicasse videntur. Hinc Sonntagius quoque, qui emendandum *Ludus in mortem cet.* putavit, satiram esse *in Claudium, opportunitate eius mortis atque insecutae apotheoseos* dicit [1]). Vix autem intelligi potest, quomodo viri docti sic de opusculo pronuntiare potuerint, in quo agitur quidem de morte Claudii Caesaris, sed non magis quam opus erat tamquam introductione in ipsum argumentum; narratur festive

---

1) Zur Unterhaltung für Freunde der alten Literatur. Riga 1790. Zweites Heft. pag. 76.

Claudii mors quatuor primis capitibus, quia cum morte eius arctissime cohaerent ea, quae reliquis capitibus traduntur, utpote quae non nisi post eius mortem fieri potuerunt. Quid multa? vel tironi, semel modo lecto libello, nisi omni iudicio destitutus sit, patere debet, Ludum esse *in Apotheosin* Claudii Caesaris. Quod si reputasset Ruhkopfius, minus ineptum de Senecae hac satira conscribenda proposito iudicium tulisset, nec iis argumentis eum defendere conatus fuisset [1]), ut nolles a tali defensore defendi. Scilicet, si illud Senecae propositum fuisset, quod iudicat Ruhkopfius, si iis rationibus, quibus ille opinatur, adductus eo fuisset, ut satiram hanc componeret, meo quidem iudicio honesto quoque viro, nedum philosopho Seneca, prorsus indignum opus fecisset, summoque dedecori ei habendum. Neque magis audiendus Sonntagius, cuius idem fere atque Ruhkopfii hac de re iudicium est [2]). Aliud idque

---

1) l. l. pag. XXVIII sqq.

2) l. l. pag. 85. « Die Apotheose gab dem Seneca die Veranlassung zu dieser Spottschrift, Wahrscheinlich würde er es nicht gewagt haben, sie öffentlich bekannt zu machen, wenn ihm nicht die, ohnehin leicht gedenkbare, Unzufriedenheit Agrippinens und Neros mit der Vergötterung Claudius, noch vor ihrer öffentlichen Aeusserung, bekannt gewesen wäre. Sein Zweck war wohl nicht, wie einige Commentatoren meynen, philosophisch; nämlich den Römern die Abgeschmacktheit ihrer Apotheosen zu zeigen. Die Absicht des Philosophen war hier nur gar zu sehr Sache des gemeinen Menschen.

dignum philosopho nostro propositum fuisse, bonis argumentis existimo. In Apotheosin Claudii, uti modo dixi, satira est; ex Historicis autem, prouti suis identidem locis in annotatione monui, notum est, qualis Claudius vir fuerit, et quomodo non tantum universe Romani, sed ipsi adeo consanguinei atque parentes de eo senserint; ridiculus per totam vitam ob fatuitatem et imbecillitatem omnibus fuerat; et tamen in deorum numerum post mortem eum retulerant Senatus Populusque Romanus. Hoc indigne ferens Seneca satiricae venae indulsit, scripsitque ludum, quo dubius haereas, utrum Claudium magis, an Populum Romanum perstringat risuique exponat. Uter enim magis ridiculus, fatuusne, qui corporis et animi imbecillitate stulte omnia, plurima turpiter agit, an populus, qui istiusmodi fatuum summo honore prosequitur, imo post mortem tamquam Deum coli iubet? Verum enimvero, si ab aliquo Romano rideri Apotheosin potuisse existimemus, unus ante omnes Seneca noster is esse videtur, qui huiusmodi satirae scriptor habendus sit. Haud negligendum enim, quod monet Diomedes Grammaticus [1]), librum *de Superstitione* ab eo scriptum

---

Er wollte Claudius, der ihn beleidigt hatte, lächerlich machen. Und was er wollte hat er gethan! »

1) De Orat. cet. I.

fuisse; cuius fragmenta exstant apud Augustinum [1]), quemque significans Tertullianus [2]), «O impiae,» ait, «voces, o sacrilega convicia, infrendite, inspumate, «iidem estis, qui Senecam aliquem pluribus et ama-«rioribus de vestra religione perorantem probatis.» Mirum sane a nemine hoc observatum esse. Hinc enim explicanda illa quoque omnia videntur, quae de singulis in libello obviis Diis iocatur scriptor, ita ut ne ipse quidem Stoicorum Deus Hercules ridiculo careat. Hinc etiam intelliguntur verba illa h. ludi c. 9: *eamque rem ad μεταμορφώσεις Ovidii adiiciendam;* quippe acute illis non tantum Iulii Caesaris Apotheosin, cum eaque ceteras omnes, sed universe *μεταμορφώσεις* ludit hominesque qui veras eas esse crederent. Hinc tandem magis etiam elucet, quod supra diximus, convenire ludo inscriptionem *Ἀποκολοκύντωσις*, namque uti satira ipsa cum Claudii, tum universe consecrationes ludit, ita haec inscriptio mirum quantum, vocem *ἀποθέωσις* ludendo, eodem valeat.

Neque tamen ea Senecae admiratione teneor, ut omni indignitatis crimine cum Dideroto [3]) absolvendum eum censeam; *Consolationem* enim *ad Poly-*

---

1) De Civit. Dei VI. 10 & 11.
2) Apologet. 12.
3) Oeuvres de Diderot. vol. IX.

bium cum Spaldingio [1]) eiusdem philosophi scriptum habendum esse arbitror, eamque eiusmodi esse, ut libenter ad eam Dionis Cassii verba, qui librum quendam ad Claudii libertos ab eo scriptum, sed postea prae pudore deletum fuisse narrat [2]), referam, quamvis ignoscere multa possimus fracto viri animo, quippe qui primo exilii anno illum scripsisse videatur. Nostra vero satira, quam quatuordecim fere annis post, summo honoris loco positus, Agrippinaeque et Neronis gratia gaudens, conscripsit, num id quaesivisset, offensae, qua a Claudio olim affectus fuerat, memor, ut hunc risui exponendo iniuriam suam vindicaret? Absit, ut sic de sene Seneca philosopho opinemur. Ipse initio libelli *Nihil*, inquit, *nec offensae, nec gratiae dabitur;* et vere hoc dicere potuit, si illud ei, quod indicavimus, propositum fuit. Etenim ridet Claudii fatuitatem; sed cui Romanorum aliquid eorum, quae de Claudio narrat, ignotum erat? quis non fatuum eum habebat ridebatque? Hoc vero dignum satirae propositum, perstringere eos, qui talem hominem tamquam deum coli iubere potuerant; hoc autem quomodo assequi scriptor melius poterat, quam libere et acute ostendendo, quantopere is, quem

---

1) Ueber Seneka's Tröstung an den Polybius in Abhandl. der Königl. Akad. der Wissensch. zu Berlin 1803. pag. 216. sqq.

2) LXI. 10.

Deum fecerant, nedum Dei, sed hominis nomine ab omni parte indignus esset?

Quodsi quis Consolationem ad Polybium obiiciat, tam foedis adulationibus refertam, ut saepius negatum sit, ab eodem scriptore componi Ἀποκολοκύντωσιν potuisse, is reputet omnino, quatuordecim annos inter ea scripta intercessisse, mutatas fuisse res, mutatum ipsum Senecam, philosophiaeque magis magisque deditum; ut, quum librum ad Polybium ei adscribi debere doleamus, in Ἀποκολοκύντωσι severos philosophi nostri mores gaudeamus, simul eum libero Senecae ingenio, agnoscere. Adiiciam ea quae egregie animadvertit Lindemannus [1]), « eum qui ἀποκολοκύντωσιν scribere potuerit in Clau« dium, haud dubie honorifice de Claudio non « statuisse, quantumvis eodem fere tempore oratio« nem [2]) funebrem in eundem composuerit, quae « impudentes in Claudium laudes habuerit. » Senecam autem ἀποκολοκυντώσεως illius scriptorem fuisse, testis est Dio Cassius, ut supra vidimus. Quod ad orationem a Nerone in Claudii laudem habitam attinet, hanc ex officio a Seneca compo-

1) l. l. pag. 5.
2) Cf. Tacit. Annal. XIII. 3. et Dio Cassius LXI. 3.

sitam fuisse, nequis obliviscatur; sed praeterea quasi satira fuit.

Quod ad quaestionem, adulationes Neronis, quas in ludo nostro invenimus, num culpae Senecae dandae sint, Tacitus auctor nobis est, omnibus viribus eo tetendisse Senecam, ut a Romanis mala averteret, quae ex Neronis imperio iis incumbere possent; de Burro enim et Seneca, imperatoriae iuventae rectoribus agens, iuvasse eos invicem ait, *quo facilius lubricam principis aetatem, si virtutes aspernaretur, voluptatibus concessis retinerent* [1]). Animum autem moresque Senecae reputans, uti tum ex Historicis, tum ejus scriptis nobis innotuerunt, iure statuere mihi videor, civibus suis magis quam Neroni prodesse cupientem eum huius iuventae rectorem fuisse, nec de auctoritate sua desperasse. Neque vero Neronis amore eo ductum fuisse eum putem, qui inter familiares solitus fuerit dicere: « Non fore « saevo illi leoni, quin, gustato semel hominis cruo- « re, ingenita redeat saevitia. » [2]) Quae Neronis natura quum ei cognita esset, omnibus modis iuvenem a sanguine hominum avertendum esse intellexit, vir-

---

1) Annal. XIII. 2.
2) Vid. Schol. in Iuvenal. Sat. V. 109.

tutibus, nisi eas aspernaretur, sin vero, voluptatibus, libidinibus fortasse, quidni suis quoque, modo haud nimiis, adulationibus? — Nolim equidem has Senecae, imperatoriae Neronis iuventae rectori, in crimine ponere.

Haec ad Ludum nostrum praemonenda habebam.

L. ANNAEI SENECAE

APOCOLOCYNTOSIS.

I. Quid actum sit in coelo ante diem tertium Idus Octobris, a) Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss., anno novo, initio saeculi felicissimi, volo memoriae tradere. b) Nihil nec offensae, nec gratiae dabitur.

---

a) *Asinio - Coss.* omittit Codex Orellii Sangallensis. Mox *novo*, all. *nono*, male. — b) *Nihil - dabitur.* Sic cum Cod. Sg., probante Orellio, scribo pro vulg. *Nihil offensae vel gratiae dabitur*, et Ruhkopfii lectione *Nihil offensae nec gratiae dab.*, quam

I. Propositum suum ironice indicat auctor, et fontem ex quo hauserit; simul quae fides ei habenda sit, exponit.

1. *Ante diem tertium Idus Octobris.* Mortuum hoc die Claudium esse, convenit inter historicos, Suet. in Vita c. 45. Tacit. Annal. XII. 64 et 69. et Dion. Dass. LX. 34. Boletorum autem veneno iussu Agrippinae eum interemtum esse, ex iisdem

Haec ita c) vera si quis quaesierit unde sciam, primum,
2 si noluero, non respondebo. Quis coacturus est?
Ego scio me liberum factum, ex quo suum diem

Hadr. Iunius quoque in Cod. suo S. Amandi invenerat. — c) *Vera.* Haec vulg. bene habet; Curionis Cod. teste Fromondo habebat *haec ita vero.* Mox *quaesierit*, Cod. Sg. *quaesiverit.*

onstat. « Sub exitu vitae, » ait Suet. 43., « signa quaedam, nec « obscura, poenitentiae et de ma- « trimonio Agrippinae, deque « Neronis adoptione dederat, » et c. 44. « Prius igitur, quam « ultra progrederetur, praeven- « tus est ab Agrippina; quam « praeter haec, conscientia quo- « que, nec minus delatores mul- « torum criminum arguebant. » Cff. Tacit. l. l. 66 et 67. Dio Cass. l. l. Iuven. Sat. VI. vs. 620–623. Plin. H. N. XXII. 22. Vixisse illum 64, imperasse 14 annos, cum Suet. consentit Eutrop. VII. 13.; quos tamen annos nondum impletos fuisse patet, ut observat Fromond., ex Dione Cass., quem recte annos, menses et dies computare, coll. Suet. Calig. 58. efficere mihi videor.

Asinio Marcello, Acilio Aviola Coss. Sic etiam Suet. c. 45. Acilio praenomen *Manii* fuisse videtur, uti habet Tacitus, qui M. Asinium, M'. Acilium, consules nominat Annal. XII. 64, ad quem l. vid. Rijck.

anno novo. Non intelligendae h. l. Kal. Ianuariae (tertius enim Idus Octobris erat); sed *novus* dicitur propter novum Neronis imperium. *Annus* autem dicebatur quaelibet anni pars. Sic apud Virgil. Eclog. III. 57. *annus formosissimus* pro vere. Hor. Od. III. 23. 8. *annus pomifer* pro autumno. Tibull. Eleg. I. 1. 13. *annus novus* pro anni tempore novo. Ad quem l. cf. Heyne. – Dan. Heinsii (Dissert. de h. ludo) coniectura, qui anni Magni s. Mundani *ἀνάστασιν* et *ἀποκατάστασιν* significari putabat, quamvis probata Fromondo, nimis quaesita, nec probabilis est.

obiit ille, qui verum proverbium fecerat, Aut regem, aut fatuum nasci oportere. Si libuerit re-

initio saeculi felicissimi. Scilicet, felicissimum fore Neronis imperium, putabat initio populus Romanus, speravit fortasse aliquando etiam Seneca (vidd. Eius libri de Clem. et huius libelli c. 4.), praeceptoris auctoritate fretus. Haud tamen insita Neroni immanitas ei ignota erat, si fides habenda Suet. in Vita Neronis 7. Antiquus quoque Comment. in Juven. Sat. V. vs. 109. « Ab Agrippina erudiendo Neroni in palatium adductus (Seneca), saevum immanemque natum et sensit cito, et mitigavit : inter familiares solitus dicere, *Non fore saevo illi leoni, quin, gustato semel hominis cruore, ingenita redeat saevitia.* »

volo memoriae tradere. Hunc τοῦ *volo* usum pro lubet, placet, consilium est, quum, ut inferioris latinitatis Koelerus indignum Seneca putaret, non alienum tamen ab eo esse monuit Ruhk., citatis nonnullis aliis eiusdem Nostri locis. Vid. Ruhk. Praef. vol. IV. Senec. Opp. pag. XXV. sq.

nec offensae nec gratiae. Primo imperii anno Claudius Senecam in exilium miserat, adulterii cum Iulia Germanici filia accusatum a Messalina (vid. Dio Cass. LX. 8 et 32.), cuius exilii veniam annis octo post Agrippina simul cum praetura pro eo impetraverat, ut Neronis pueritia eo magistro adolesceret. Tacit. Annal. XII. 8. cf. Comment. antiq. in Iuven. l. l., qui tamen male post triennium eum revocatum esse ait, et Nostri Consoll. ad Helviam et ad Polyb. Credebatur ita Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii, et infensus Claudio dolore iniuriae. Tacit. l. l.

2. *Ego vero - obiit ille.* Significat tyranidem Claudii, qui ad nihil non coacturus fuerat, cuiusque iniustitiam tam acriter expertus erat. Elegantem simul haec verba novi imperii laudationem continent.

Aut regem-oportere. Recte Erasmus Adag. I. 301: « Et fatuis ob inopiam mentis omnia permittuntur, et regibus ob

spondere, dicam quod mihi in buccam venerit. Quis
3 unquam ab historico d) iurato res exegit? Tamen si

d) *iurato res.* Facio cum Gronovio, qui Iunium e Cod. suo recte sic divisim legere affirmat. vid. eius Nota ad h. l. et Obss. IV. 3. p. 547. ed. lips. Sic Beatus Rhenanus quoque, quem non distractum *iuratores* praeferre, falso ait Ruhk., quum contra melius divisim legi moneat. Idem Ruhk., praeeunte Sonntagio, contextum quoque hic postulare *testes iuratos* (*iuratores*) contendit, quo illa *unde scium* et sequens *auctorem* referri debeant. Non video. Non minore iure haec *quis unquam - exegit?* ad proxima illa *Si libuerit - in buccam venerit* referas; ita ut adiecta tantum sint ad ostendendum, auctorem sine ullo periculo, quidquid voluerit, responsurum esse, quippe cui nihil verendum sit, ne quo iureiurando obstringatur. Utraque igitur ratione bene contextus haberet, modo vox *iurator* pro *teste iurato* usurpari posset. At Lipsium in Epist. ad Carrion. male contra Turnebum Advers. XIX. 12. aliosque contendere *iuratores* Plauto, cum in Poenulo, tum in Trinummo, *testes iuratos*

potestatem omnia laudi tribuuntur. Possimus et de pari regum ac fatuorum felicitate dictum interpretari, quod regibus, quidquid volunt, fortuna suppeditet; fatui vero non minus felices sint sua philautia, per quam sibi putant nihil bonarum rerum deesse.» Quam felix ita Claudius, qui et imperator et fatuus erat! Quantopere ad abutendum potentia factus! — Graecis proverbium est: *Μωρῷ καὶ βασιλεῖ νόμος ἄγραφος.*

Quis unquam ab historico iurato res exegit? — Exigere res ab aliquo iurato est iureiurando obstringere aliquem ad fidem et veritatem eorum, quae ex illo noscuntur. Quod fit in testibus; nam ab his iuratis res exiguntur. Gronov. Uti autem *historia* a Cic. de Orat. II. 9. *testis temporum* recte dicitur, ita *historicus* quoque *testis* quidam, et iureiurando obstrictus, *testis iuratus* est.

3. *Quaerite ab eo - vidit.* Hac de re Dio Cass. LIX. 11.

necesse fuerit auctorem producere, quaerite ab eo qui Drusillam euntem in coelum vidit. Idem Claudium vidisse se dicet iter facientem non passibus

---

dici, doctissime docuit Gronov. Obss. l. c.; ad quem hoc unum observatum esse velim : Quamvis notio generalis analogiae bene conveniens sit, quum *iuratus* sit, qui ad iusiurandum adigatur, *iuratorem* esse, qui ad iusiurandum adigat, tamen haud minus analogiae convenit, quum *amator* sit, qui *amet*, *iuratorem* esse, qui *iuret*, sive *iusiurandum det;* quo sensu manifeste legitur apud Macrobium Saturn. V. 19 : *Illic invocato loci numine testatum faciebat esse iurator, de quo iuraret;* et ibid. *Mox in lacu amittebat vitam falsus iurator.* Cf. Gesneri Lexicon v. *iurator.* Sed neque ex his locis satis patet, pro *testibus iuratis* usurpatum *iuratores* fuisse. Quod satis constat, Plauto *iuratores κατ' ἐξοχὴν* dicuntur *Censores.* Quapropter divisum h. l. *iurato res* praeferendum esse censeo. Idem habet praeter Fromondi et Gronovii, Morelli quoque editio. Curio rescribendum *iure autores* putabat. Cod. Sg. habet *iuratores;* sed recte iam Ruhk. observavit, codicum hac in re auctoritatem nullius fere momenti esse.

Διουΐός τέ τις Γεμίνιος βουλευτὴς ἔς τε τὸν οὐρανὸν αὐτὴν (Drusillam, Caligulae sororem) *ἀναβαίνουσαν καὶ τοῖς θεοῖς συγγιγνομένην ἑωρακέναι ὤμοσεν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν, εἰ ψευδοιτο, ἐπαρασάμενος, τῇτε τῶν ἄλλων θεῶν ἐπιμαρτυρίᾳ καὶ τῇ αὐτῆς ἐκείνης· ἐφ' ᾧ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἔλαβεν.* Ridicule igitur ad veritatem horum testandam indicatur homo, cui nemo ullam, etiam iurato, fidem habiturus erat, Livius Geminius, senator, cuius simul foedam ineptamque adulationem et proiectissimum animum, cum his ipsis, tum sequentibus verbis, festive quidem, sed acriter Seneca perstringit. — *Drusilla* Caligulae soror fuerat, qui cum ea, uti

aequis. Velit, nolit, necesse est illi omnia videre, quae in coelo [e]) aguntur: Appiae viae Curator est, qua scis et divum Augustum, et Tiberium Caesarem
4 ad deos isse. Hunc si interrogaveris, soli narrabit; coram pluribus nunquam verbum faciet. Nam ex quo in Senatu iuravit, se Drusillam vidisse coelum adscendentem, et illi pro tam bono nuntio nemo credidit; [f]) quod viderit, verbis conceptis affirmavit,

---

e) *aguntur*. Sic Cod. Sg. Vulg. *agantur* bene quoque habet. — f) *quod viderit*. Sic una cum edit. Erasm. et Ruhk. Codd. Parisinis legit Cod. Sg. Alii *quid viderit*. Distinguas post *credidit*, et haec *quod viderit* ad sequentia referas, non ut antea ad praecedentia. Mox *vidisset occisum*. Cod. Sg. invertit *occisum vidisset*.

cum ceteris duabus, quum stupri consuetudinem habuisset iam diu, mox L. Cassio Longino consulari collocatam abduxerat, et in modum iustae uxoris propalam habuerat, teste Suet. Calig. 24. — Dio Cass. l.l. pro L. Cassio *M. Lepidum* Drusillae maritum nominat. — *iter facientem* in coelum. — *non passibus aequis*. Sunt verba Virg. Aen. II. 724. quibus Noster vitium Claudii significat, quod *foedam vacillationem* dicit Suet. Claud. 21. Id. ibid. 30. *ingredientem destituebant poplites minus firmi*.

Velit nolit, necesse est, cet. Iocose mordet adulatorem auri cupidum, et huius gratia abiectissima quaeque perpetraturum. Non sane spe quadam eo adductus fuit ille, ut vidisse se Drusillam euntem in coelum in Senatu iuraret, non penes eum fuit non videre, neque magis non accipere 250,000 Denarios (cf. Dio l. l.), quam eandem summam ante eum Numerius Atticus quoque a Livia acceperat, quod Augustum coelum adscendentem se vidisse affirmasset. t. Dione Cass. LVI. 46.

se non indicaturum, etiamsi in medio foro hominem vidisset occisum. [g]) Ab hoc ego quaecunque audivi, [h]) certa clara affero, ita illum salvum et felicem habeam.

---

g) *Ab hoc - audivi.* Beati Rhenani Cod. Weissenburgensis habebat: *ab hoc ergo quae tum audivi.* Male. — h) *certa clara affero.* Sic Cod. Sg. et teste Fromondo nonnullae editt. quoque. Probat Orell., ἀσύνδετον melius utique formularum sermonem referre observans. Gronov. enim *certa et clara* legendum censebat, citatis pluribus vett. scriptt. locis, ex quibus, cum coniunctione, *certa et clara* vel *certa claraque*, quemadmodum editt. aliquot legunt, usitatum fuisse patet. Cf. Drakenb. ad Liv. I. 18. fin. Alii Codd. dederunt *certe clara.*

Appiae viae Curator est. Quum Senator esset, unum e Quatuorviris viarum (cf. Lipsii Excurs. E. ad Tacit. Annal. III.) fuisse apparet, cui cura Appiae viae demandata erat. Ruhkopf. At Lipsius l. c. clare docet e Dionis Cass. l. LIV. 26, discretum a Curatoribus Quatuorvirorum munus fuisse, ita ut hi urbis vias curarent, illi eas, quae extra urbem essent. Alios igitur fuisse Quatuorviros, alios Curatores viarum; horum vero nec perpetuum antea, nec certum munus ab Augusto utrumque factum esse. (Suet. Aug. 37.) Namque antiquis quatuorviris, non sufficientibus iis, duos additos fuisse, factosque Seviros; ex his amotos ab Augusto rursus duos, qui extra urbem, retentos quatuor, qui in urbe vias curarent. Maiorem autem illis honorem fuisse, etiam allatis Plinii et Statii locis efficere conatur. Male igitur Ruhk. ex hoc Lipsii Excursu Livium Geminium *Appiae viae* i. e. viae extra urbem *Curatorem*, unum ex Quatuorviris fuisse colligit. - Quum autem cura Livio huius viae esset, semper ita in ea esse fingitur, ut, quasi hac aditus in coelum pateat, nihil in eo agi possit, quin ille videat. Quid

II. *Iam Phoebus breviore via contraxerat ortum*
Lucis, et obscuri crescebant tempora somni:
Iamque suum victrix augebat Cynthia regnum,
Et deformis Hiems gratos carpebat honores
5 *Divitis Autumni, iussoque senescere Baccho*
Carpebat raras serus vindemitor uvas.

vero? num Appia via, quae Capuam et Brundisium ducebat, iter in coelum esse crediderunt veteres? Non aliunde efficias. Sed addit Noster: *qua scis et divum Augustum et Tib. Caes. ad deos isse.* Sic igitur explices, ut hac via Numerius Atticus, de quo supra monui, vidisse se Augustum proficiscentem iurasse videatur, cuius iusiurandum ita etiam τῷ *scis* ironice simul perstringatur. Etenim Dio Cass. LVI. 42. Aquilam in Augusti funere in campo Martio ex rogo emissam avolasse, quasi animam principis in coelum efferentem, affirmat; quem morem Romanis in imperatorum, quos consecrarent, funeribus fuisse, testis quoque est Herodianus IV. 2. – Tiberius non consecratus esse videtur. – De *via Appia* vid. Procop. Gothor. I. 14. et Lips. Magnit. Rom. III. 10, ubi ex Procopio eam describit. Cff. Scriptores, quos laudat Ruperti Handb. der Röm. Alterthümer I. p. 121.

4. *verbis conceptis affirmavit.* i. e. verbis solennibus. Eodem sensu his vocibus utitur Cic. Cluent. 4. Sic Petron. quoque 113. *verbis conceptissimis.* – *Verba concepta* proprie dicebatur formula, quam quis praeibat ei, cui iusiurandum deferret.

II. Poetica hacce anni temporis, diei et horae descriptione, non minus quam interiecto dialogo, haud sine festivitate Seneca poetas quosdam, qui, toti alicui rei tractandae impares, huiusmodi singularum rerum descriptionibus immodice indulgerent, notare videtur. In his fuisse Montanum Iulium apparet, quem tolerabilem poetam, et amicitia Tiberii notum et

Puto magis intelligi, si dixero, mensis erat Octo- 2

---

vs. 1. *Ortum.* Non displicet Fromondus : « Prope aliquando fui, ut *orbem* mallem rescribere. Nam orbes lucis sive paralleli, quos sol hieme supra Finitorem describit, contractiores sunt, ideoque breviores dies hibernis mensibus. » Ruhkopf. vero, hanc emendationem probans, male Ovid. Metam. XV. vs. 197 ad eam affirmandam affert; ibi enim *luna contrahere orbem* ita dicitur, ut opponatur τῷ *crescere*, neque igitur *orbem lucis*, sed *suum ipsius* orbem, suam formam, contrahere, pro *decrescere*, significetur. Neque expeditiorem locum facit eius coni., fuisse fortasse « *breviori viae*, ad brevius iter orientem lucem prodit, oriri facit lucem. » Sed Codd. omnes *ortum* dant.

vs. 2. *tempora somni.* Sic legendum. Cod. Weissenb. teste Rhenano dedit *cornua Somni.* Sic etiam Turnebus ex uno Ms. legit, assentiente Fromondo, qui emendationem probare studet ex Papin. Stat. Thebaid. VI. vs. 25—27. Solis ortum describentis :

Clara laboriferos coelo Tithonia currus
Extulerat, vigilesque Deae pallentis habenas
Et nox, et cornus fugiebat Somnus inani.

sed contra omnium aliorum exemplarium fidem nil temere mutat.

et frigore, « ortus et occasus libentissime inseruisse » scribit Noster Epist. CXXII. Carpit eosdem Horat. Epist. ad Pisones vs. 12—24.

1. vs. 1. *Iam Phoebus breviore via contraxerat ortum Lucis.* Sensus est : Illud anni tempus erat, quo Sol, brevius quotidie supra Horizontem lucens, minores in coelo describere orbes videtur. *Contraxerat ortum lucis.* Fromondus haec verba significare fortasse « in angustiori coeli spatio oriri » coniicit. Et hic sensus esse possit, sed sic insolita dictio non explicatur. Perperam Ruhk. ex hac Fromondi coniectura profectus, vim *faciendi* verbo *contrahere* h. l. tribuendam fortasse, ait. Nam licet non inusitata haec verbi significatio sit, tamen l. nostro ei dari minime potest. Habet enim ita semper vim ex diversis partibus vel cum aliis faciendi sive conficiendi, aut accumulandi etiam,

ber, a) dies tertius Idus Octobris. Horam non possum b) tibi certam dicere. Facilius inter philosophos,

---

Audacius Ruhkopf., his inductus, « *cornua*, inquit, optima est « lectio. *Tempora* explicatie τοῦ *cornua* est. Uti enim Lunae « adscribuntur *cornua*, ita h. l. Somno, ut incrementa eius po- « testatis indicentur. » Et *cornua* in textum immisit. Sed fugit virum acutissimum, alia plane cornua esse, quae tribui Lunae solent, quippe ad eius formam pertinentia, et *crescere* dicta, quod crescere viderentur, aliud *Somni cornu*, quod a Papinio, cui copiae cornu in animo versatum videtur, tamquam soporiferorum receptaculum huic adscribitur. — Assentitur Cod. Sg. t. Orellio.

vs. 3. *Regnum*. Optime. vid. Annot. Rhenanus in Cod. suo invenerat *lignum*, unde fecit *lychnum*, quod merito respuit Hadr. Iunius, et cum eo plerique alii Editt. — vs. 5. *iussoque senescere*. Haec Sg., ut et Curionis Cod. t. Fromondo, lectio est, quam ut elegantiorem melioremque vulg. *visoque senescere* cum Sonntagio recepi. — *Intelligi*. Cod. Sg. *intellegi*.

a) Edit. Erasm. *Dies quintus eiusdem Octobris*; male. — b) *tibi certam*. Cod. Sg. *certam tibi*.

ita ut aliunde simul attrahendi notio subintelligatur fere. Sic *contrahere amicitiam*, ut e. g. ap. Cicer. Amic. 14, dixris, quia facis amicitiam cum alio, quem velut ad te attrahis. Sic Liv. V. 52. *tantum sibi piaculi contrahet*. all. apud optimos quosque scriptores obvia. Neque aliter fere explicari posse mihi videtur, quam ut *ortus* h. l. per synecdochen quamvis audaciorem dictum sit, pro toto solis itinere ab ortu ad occasum, atque sic *contraxerat ortum lucis* significet: contractius s. brevius fecerat iter lucis, ideoque diem. Scilicet *ortus* ipse is est, ut *contrahi* dici vix possit; si vero unquam, aestivo potius quam hiemali tempore id fieri arbitror. Et *diem* breviorem factum his verbis significari debere patet. Aptius Tibull. I. 3. vs. 94. *Luciferum* pro die. Sic fere Graecis ἠώς est *dies*. vid. Schrader ad Musaeum vs. 110. Theocr. Idyll.

quam inter horologia conveniet. Tamen inter sextam et septimam erat. — c) Nimis rustice! acquiescunt

---

c) *Nimis rustice! acquiescunt oneri, cet.* Recte Ruhkopf., qui, signo exclamandi post verba *Nimis rustice* posito, omnem difficultatem sustulisse videtur, hanc lectionem contra aliter legentes retinuit. Haud dubie antea, quamvis explicare locum Turneb. Advers. XXV. 4. et cum eo Fromond. ad h. l. conati essent, corruptus videri debebat, uti recte iudicabat Gronov. ad h. l.; cuius tamen emendatione *Nimis*

VII. 35. *ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς.* et Id. XII. 1. *τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ.* Ad quem locum cf. Kiessling.

vs. 3. *victrix augebat Cynthia regnum.* Victrix nempe fratris Phoebi, quia noctes iam longiores quam dies fiebant. Neque invenuste *regnum* suum, quasi partem fraterni occupando, *augere* dicitur. Sed minus placet versus praecedentis et huius tautologia.

vs. 4. *deformis Hiems.* Nondum proprie hiems erat, III enim Idus Novembris Romani eius initium habebant. v. Varro R. R. I. 28. Colum. X. 2. 84. Non male tamen mensis October, quum tempestatibus imprimis in Italia gravis fere sit, *deformis Hiems* vocatur.

vs. 5. *iussoque senescere Baccho - uvas.* Eleganter dies accuratius definitur; ultimis enim Septembris aut primis Octobris diebus vindemiae haberi in Italia solent, neque igitur ullae adhuc III Idus Octobris uvae, nisi consulto relictae, e vineis pendent.

2. *Facilius inter philosophos, quam, cet.* Obliquo schemate, discordiam philosophorum maiorem, quam horologiorum, significat. Fromondus. — Potius dicas, rideri obiter magnam philosophorum dissensionem eo, quod Seneca, omnium longe maximam horologiorum discordiam significare cupiens, maiorem etiam hanc illa dicat. — De horologiis vid. Vitruv. IX. 9. — *Inter sextam et septimam erat.* Perperam Fromondus ad h. l. horas non

oneri poetae, non contenti ortus et occasus describere,

---

rustice, inquies, tu nunc. Horni poetae non contenti - describere, etiam medium diem inquietant : tu sic, rell. non magis quam Scioppii : *Nimis rustice, inquis, cum omnes poetae, rell.* opus erat. Et τὸ *omnes* quod plerique Codd. habent, minus sic loco convenire quam τὸ *oneri*, cum Ruhk. censeo. Cum eodem in verbo *acquiescunt* voculam *ita* intelligere nolim. vid. Annot. *Omnes* Cod. Sg. quoque habet.

ab ortu solis, sed a media nocte numerandas esse docet. « Noctu tamen, ait, Claudium diem clausisse narrat Dio. Et Suet. 44. *Multi statim hausto veneno obmutuisse aiunt, excruciatumque doloribus nocte tota, defecisse prope lucem.* Itaque non more vulgi Romani, ab ortu solis numerandae horae (quasi inter sextam et septimam post ortivum solem Claudius animam exhaluerit) sed a media nocte, quomodo *sacerdotes Romani, et qui diem definivere* civilem, ait Plinius II. 77., et nos hodie solemus. Unde circa meridiem *animam agere coepisse, nec exitum invenire potuisse* Seneca mox dicet. Toto ergo illo dimidiato die, usque ad auroram sequentis, cum boleto suo et Parcis luctatus est, celataque mors, donec *medio diei, tertio ante Idus Octobris, foribus palatii repente diductis, comitante Burrho, Nero egressus ad cohortem, quae more militiae excubiis aderat.* Tac. Ann. XII. 69. » Haec Fromondus. — Ruhkopf. qui ex eo sua fere hausisse videtur, haec silentio praetermittit. Sed primum indoles huius libelli usitatam vulgo horas numerandi rationem sibi vindicat. Deinde patet manifeste ex contextu, Senecam versibus sequentibus, quibus hora post meridiem describitur, eandem illam sextam vel septimam poetice et *minus rustice* iterum indicare. Pugnant porro contra Fromondi sententiam, quos pro ea attulit, et Suet. 45. *Mors eius celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur*, et Tacit.

ut etiam medium diem inquietent: tu sic transibis horam tam bonam? —

Iam medium Phoebus cursu diviserat orbem,
Et propior nocti fessas quatiebat habenas,
Obliquo flexam deducens tramite lucem:

---

vs. 1. *cursu.* Ruhk. ex uno Cod. Paris. *curru*, ut magis poeticum assumsit. Male; licet idem Cod. Sg. habeat. Agitur de percursa orbis parte, de longitudine cursus; ideoque *cursu* recte scribitur non tantum, sed melius etiam h. l. convenit.

XII. 68 et 69, haec affirmans. Nam Seneca Claudii mortem narrat, non prouti ferebatur et revera accidisse videtur, sed prouti publicata iussu Agrippinae et Neronis fuerat. Hoc ex toto libello facile efficitur. Et mortis ipsius, *egresso Nerone medio diei*, publicatae horam, non luctationis illius initium indicari, docent sequentia. Licet enim Noster hac hora Claudium animam agere coepisse dicat, tamen hac etiam Mercurium facit Parcas adeuntem, crudelitatis eas accusantem, et Claudium neci ab iis dari iubentem; hac etiam eadem Parcam Claudii vitae tempora abrumpentem. Dionis vero locus l. LX. 34, si commate post *μετήλλαξε* sublato legas, hic est: *τῆς δὲ νυκτὸς οὐδὲν οὔτ' εἰπεῖν οὔτ' ἀκοῦσαι δυνηθεὶς, μετήλλαξε τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ Ὀκτωβρίου, nocte vero quum nihil nec loqui neque audire potuisset, defunctus est tertio decimo Octobris.*

Nimis rustice! acquiescunt oneri poetae – inquietent: tu – tam bonam? Fingit Seneca se a quodam reprehendi. Rideri autem poetas illius aevi cuique patet. Sensus est: Tu tam rustice non frueris opportunitate poetice horam describendi, quae tantam canendi materiem praebeat, quum poetae eam quam avidissime essent arrepturi? Si onus hoc nimis grave ducis, quanto gravius tum onus erit

III. Claudius animam agere coepit, nec invenire exitum poterat. Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, [a]) unam de tribus Parcis seducit,

---

a) *unam de tribus Parcis seducit.* Sic ex Gronovii emendatione pro *educit* legendum arbitror, qui pluribus exemplis usitatum hac in re constanter verbum *seducere* ostendit. Ruhk. e Codd. nonnullis Parisinis pro vulg. *de*, recepit *e*, et emendatione Gronovii non opus esse affirmans, legit *unam e tribus Parcis educit.* Sed quae ita significatio erit? Ni fallor, praepos. *e* iam ad verbum *educit*, non ad *unam* referenda erit: *educit e tribus Parcis unam*, ut sensus sit: unam secum, seorsam a ceteris duabus, abducit (semper in *seducit* relabimur). Nam de Ruhk. verbis his: « non secreto cum Mercurius ψυχοπομπός seducit, sed reliquae Parcae adstant, uti sequentia docent,» quid dicam? Primum si hoc sequentia docerent, quomodo ita suam lectionem explicaret, non intelligo; sed praeterea, ubi hoc doceant, frustra quaeres. *unam de tribus Parcis* i. e. Parcarum unam (non opus erat, ut omnibus voluntatem suam ipse indicaret) *seducit*, nempe a turba adstantium. Optimam Gronovii coniecturam firmat Cod. Sg., legens *unam e tribus Parcis seducit;* quam lectionem recte probat Orell. Vulg. autem *de* non est quod mutetur.

describere medium diem. Neque hoc tamen intentatum praeterire sinunt poetae, imo laeti suscipiunt. *acquiescunt oneri–ut, cet.* Intellige: illud, ita tibi multo quidem gravius onus ducendum, non dubitant suscipere, ut, cet. Ita Gronovii dubitationem tollere mihi videor, qui τῷ *oneri* non contentus: « Quis, inquit, haec onera invitis imponit? Immo ipsi ultro ostentandi ingenii causa istas descriptiones appetunt.» *inquietent* verbum primi saeculi, aureae aetatis scriptoribus non usitatum. Proprie dicitur de somno interrupto. Dein est molestiam alicui praebere, interpellare alicuius tranquillitatem, t. Ruhnken. in Suet. Scholiis p. 171.

III. Mercurius, misericordia

et ait: Quid, femina crudelissima, hominem miserum torqueri [b]) pateris? Nec unquam tam dirus cru-

---

b) *pateris? nec unquam tam dirus cruciatus cesset?* Vulgatam *pateris, nec unq. meritum, ut tamdiu cruciarotur* Ruhkopf. ex illo, quod plures Codd. habent, *pateris, nec unq. tamdiu cruciatus esset*, ex emendatione audaciore iusto profectam censens, fecit *pateris? nec unq. tamdiu cruciandus esset.* Sed sic nulla exacti temporis ratio habetur; tum vero particula copulativa *nec* exigere aliud s. adiectivum s. participium videtur, quod *τῷ miserum* iungatur. Et tautologia praeterea sic oritur ab h. l. alienissima. Fortasse legendum: *ne unquam tamdiu cruciatus esset.* Sic scripseram. Orellii postea vidi haud aliam de Ruhk. emendatione sententiam esse; falsa enim constructione et prorsus infeliciter eum fecisse iudicat. Idem Orellius ex Codd. lectione, quacum consentit Sg., ingeniosa coniectura *pateris? nec unquam tam dirus cruciatus cesset?* legendum proponit. Recipio.

Claudii motus, Parcam eius luctationi finem imponere et vitae filum abrumpere iubet.

1. *Claudius animam agere - poterat.* De longis, quibus supremo die excruciatus sit, doloribus vidd. Suet. 44. Tacit. Annal. XII. 66 et 67. Dio Cass. l. c.

Tum Mercurius - delectatus esset. Ironice Mercurius ingenio Claudii delectatus dicitur « propter cognitiones causarum, quibus expilabat populum. Est enim Mercurius ἀγοραῖος, » ut ait Rhenanus; vel potius, ut Fromondus, ut liberalia Claudii studia Seneca cogitaverit. Nam *historiam in adolescentia, hortante T. Livio, Sulpicio vero Flavo etiam adiuvante, scribere aggressus est*, Suet. c. 41. vidd. omnino quae sequuntur h. cap. et sq. Idem c. 40 *neque infacundum, neque indoctum, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis deditum* dicit. Tacit. Annal. XIII. 3. *Nec in Claudio,*

ciatus cesset? Annus sexagesimus et quartus est, ex
2 quo cum anima luctatur. — (*At Parca:*) c) Quid

---

c) *Quid huic invides?* — *Fac quod faciendum est.* Post *invides* edit. rom. inserit *et respondit.* Sic Codd. quoque Paris. sex, t. Ruhk., qui « *et respondit* sc. una e tribus Parcis, » ait, « Clotho. « Enimvero Mercurii haec verba esse patet, non Clothus. Ex « prava itaque interpretatione uni Codici adscripta haec putem, « ex quo, ut familiam ducente, in reliquos Codd. transiisse « existimanda sunt. » Porro: « Post putavit addunt Codd. una « cum edit. rom. *Tum ille*, quae ad verba illa *et respondit* « respiciunt, et ex eodem cum illis fonte manarunt. » Sed ea non negligenda esse arbitror; nam licet verba *Patere mathem.-. efferunt* Mercurii esse pateat, de verbis *quid-invides?* et illis *Et tamen-putavit* idem affirmari non potest. Mihi quidem haec Clothus esse videntur, quo inducor imprimis illis *Et tamen-putavit*, quae pro certo habeo non eiusdem esse atque sequentia Mercurii verba *Fac quod faciendum est.* Sunt enim haec breviter et praecise iubentis verba, et bene igitur respondent superioribus *Quid femina crudelissima - luctatur* et *Patere mathem. - efferunt*, quae irati fere hominis sunt, cui minime conveniunt sequentia haec *Et tamen - putavit.* Quapropter illa *et respondit* et *Tum ille* reposui, et ante verba *Quid huic invides?* et *Et*

quotiens meditata dissereret, elegantiam requireres. Quid tamen de Claudii facundia Noster sentiat, vid. h. Ludi c. 5 et 6. impr. 11: *tria verba cito dicat, et servum me ducat.* Animadvertendum etiam eiusdem Mercurii, delectati eius ingenio, infra verba esse: *melior vacua sine regnet in aula.* — *nec unquam - luctatur.* Quo iure haec dicat Mercurius, satis patebit ex annot. ad sequentia coll. cap. 1. ad verba *ante diem tertium Idus Octobris.*

2. *Quid huic invides?* i. e. Quid huius vitae invides? quare non vis hunc diutius vivere? — Sunt verba Parcae mirantis Mercurii iurgia. cff. varr. ectt. — *Patere mathematicos - effe-*

huic invides? — Et respondit: Patere mathematicos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus est, omnibus annis, omnibus mensibus efferunt. — (*Rursus Parca:*) Et tamen non est mirum

---

tamen, *cet.* excidisse *Parca* vel *Clotho* vel eiusmodi quid censeo. Itaque plenius post singula distinguo. — Rhenanus male, *Patere*, *cet.* Parcae verba censens, pro *patere* legendum *patiar* coniiciebat. Parca infra demum, verbis *Ego mehercule*, *cet.* cedere se Mercurii iussis indicat. — Sg. habet *quid huic et reipl. invides?* «Egregie,» ait Orellius, et vestigia verae lectionis, sed misere corruptae servari a Codd. et edit. princ.: *Quid huic invides et respondit* pro *quid huic invides et reipublicae.* Sed summi viri sententiae non accedo. Recte illa *et respondit* se habere contendo, ita ut ex his potius illa *et reipl.* corrupta esse mihi videantur. — *mensibus.* all. *mensis* male.

runt. Respondet Mercurius. Notat Seneca Genethliacos, qui mendacissimi mendaciorum praesidem Mercurium colunt. De Mathematicis Tacit. Hist. I. 22. *Genus hominum*, ait, *potentibus infidum*, *sperantibus fallax*, *quod in civitate nostra et vetabitur semper et retinebitur.* Nomen *Mathematicus*, pro *Apotelesmatico vel Astrologo Genethliaco*, ex huius loci sensu ignotum veteri Graeciae et Romae, usque ad Imperatorum tempora fuisse, quum *Chaldaei* antea audirent, docet Savilius ad Tacit. l. c. Tres autem Romae astrologorum sectae erant, Chaldaea, Aegyptia et Graeca, t. Plin. XV. 25. ex quibus Chaldaei tum ex notis et characteribus, per puncta et numeros (unde *mathematici* dicti videntur), tum ex magia divinantes, sese *Genethliacos* appellabant. Hi pulsi saepe et Roma et Italia, sed sensim regressi identidem. Vid. Tacit. Annal. II. 32. XII. 52. Hist. II. 62. Sueton. Aug. 94. Tib. 36. Ner. 40. Vitell. 14.

illum, *ex quo princeps*

si errant: d) horam eius nemo novit; nemo enim e) illum unquam natum putavit. — Tum ille: Fac quod faciendum est:

Dede neci: melior vacua sine regnet in aula.

3 Sed Clotho: Ego f) mehercule, inquit, pusillum temporis adiicere illi volebam, dum hos pauculos,

---

d) *errant: horam.* Sic vulgo. Codd. Weissenb. et Sg. habent *errant et horam.*

e) *illum unquam.* Sg. *unquam illum.*

f) *mehercule inquit.* Sg. *me hercules inquid.*

factus est, - efferunt. Efferunt, elatum iri i. e. moriturum praedicunt; *efferuntur* enim mortui. Valetudinarius autem Claudius imprimis ante principatum fuit. Suet. 2. *per omne fere pueritiae atque adolescentiae tempus, variis et tenacibus morbis conflictatus est; rell.* Idem. c. 31. *Valetudine, sicut olim gravi, ita princeps perprospera usus est, excepto stomachi dolore: quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.* Sed videtur omnino Agrippina, cui nil amplius cordi erat, quam ut filium suum Neronem ad imperium perduceret, saepe mathematicos istos de eius morte consuluisse (cf. Tacit. Annal. XII. 68.), unde *ex quo princeps factus est.*

Et tamen - putavit. Haec rursus Parcae verba sunt Mercurium docentis, haud mirandum esse, si fallantur semper mathematici. *Horam* nativitatis explicant interpretes, ex qua horoscopus et totius vitae fatum concipi debet. Quare etiam illud *et* (vidd. varr. lectt.) reiiciunt. Obstat usus loquendi; alioqui, recepta coni. *et, mortis* hora intelligenda esset, ut proximis tantum *nemo - putavit* Claudii natales significarentur, de quibus Suet. 3. *Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum*

qui supersunt, civitate donaret. Constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos, g) Sauromatas, et si qui ultra glacialem Boream incolunt

---

g) *Sauromatas, et - Barbari.* Haec, quae teste Fromondo exemplaria quaedam auctiora addunt (edit. Erasm. quoque ex rom. ea habet), reposui. Perperam tamen Ruhk. etiam a Cod. Weissenb. t. Rhenano ea adiici narrat. Rhenanus *haec verba*, inquit, *non sunt in Codice Weissenb. Doctus aliquis adiecit ad explendam fortassis libri lacunam.* Eadem fere Fromondi sententia est, qui «ridicula et satis longe ultra verum adiecta» censet. Sonntag. quoque ea reiicit, quia fundo historico carent. Mihi quidem, quia tam ridicula sunt, ut scriptoris ingenio h. l. dignissima, magnopere placent, nec temere reiicienda videntur. Utrum

inchoatum, et causa adderetur, cur horam mortis ignorarent mathematici, qui, nisi natales nossent, nihil praedicere posse se ferrent. Suet. Aug. 94. *reticere ipse genituram suam, nec velle edere perseverabat, metu ac pudore, ne minor inveniretur. Qua tamen post multas adhortationes vix et cunctanter edita, exsiluit Theogenes* (mathematicus) *adoravitque eum.*

Fac quod faciendum est. Iam Mercurius breviter et praecise sermonibus Parcae contra nitentis finem imponit, poscitque obsequium. Cedit Clotho. *Dede neci, melior, rell.* Virgilii versus Georg. IV. 90. de apum duce. — Non admodum sane haec *melior - aula* Mercurii ori apta sunt, ut qui semper ingenio Claudii delectatus esset. Sed adulandi Neroni gratia a Seneca negligentius scripta esse videntur.

3. *hos pauculos.* Ridicule, vel ab magnum eorum numerum, vel ob ingentem multitudinem illorum, quos iam cives fecerat. Sic sequentibus quoque *constituerat enim - togatos videre* (cff. varr. lectt.) festive perstringitur Claudii facilitas civitatem petenti cuique donandi. Scilicet Claudius, ut tota vita varius, civitatem modo

Barbari, togatos videre. Sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqui, et tu ita iubes fieri, fiat. Aperit tum capsulam, et tres fusos profert. Unus erat Augurini, alter [h]) Babae, tertius Claudii.
4 Hos, inquit, tres uno anno exiguis intervallis temporum divisos mori iubebo, nec illum incomitatum dimittam. Non oportet enim eum, qui modo se tot millia hominum sequentia videbat, tot praecedentia, tot circumfusa, subito solum destitui. Contentus erit his interim convictoribus.

Claudio, quod ait Ruhkopf., stupido et temulento digna, nec minus, quod ceteri, utrum vera sint, nec ne, parvi momenti esse existimo. Num igitnr de ceteris, quae nominantur, gentibus historiae testimonio constat? At satis patet, mordaci ingenio Nostrum h. l. indulgere, veri nulla fere ratione habita, nisi quod ad Claudii civitatis donandae facilitatem attinet. Neque ad illud *constituerat* historia teste opus esse videtur. Praeterea illis quae sequuntur *aliquos peregrinos* non male lectionem probari dixerim.

h) *Babae* vulg. Codd. variant: Ruhkopfii Paris. α. *Bedae*, β. *Badae*, b. *Budae*. *Badae* Sg. quoque cum edit. rom. habet.

severe negavit, modo temere concessit et turpiter adeo vendidit. v. Dio Cass. LX. 17. cf. Suet. 16. et 25. Tac. Ann. XI. 23. sqq. Noster de Benef. VI. 19. — *In semen relinqui* peregrinorum, ne, si omnes omnino Romana civitate donarentur, tota peregrinitas exstingueretur. Fronond. — *Augurinus* notae fatuitatis illo tempore homo fuisse videtur, uti etiam *Baba*, de quo Noster Epist. XV. 8. *Quam tu nunc vitam existimas stultam? Babae et Ixionis?* Ob fatuitatem igitur a Parca comites Claudio dari finguntur, tamquam soli digni eius convictores.

IV. *Haec ait; et turpi convolvens stamina fuso,*
Abrupit stolidae regalia tempora vitae.
At Lachesis, redimita comas, ornata capillos,
Pieria crinem lauro frontemque coronans,
5. *Candida de niveo subtemina vellere sumit,*
Felici moderanda manu; quae ducta colorem
Assumsere novum. Mirantur pensa sorores:
Mutatur vilis pretioso lana metallo;
Aurea formoso descendunt saecula filo.
10. *Nec modus est illis: felicia vellera ducunt,*

---

vs. 10. *ducunt* vulg. recte habet. Codd. Paris. tres, t. Ruhk., male habent *dicunt*. — Mox. vs. 13. pro *distendunt*, quod Ruhk. ex edit. rom. praeeunte Fromondo rescripsit, Codd. lectionem *descendunt* reposui, non tantum ob praecedentia *nulloque labore*, sed etiam ob sequentia *vincunt*, quae *stamina* nominat. casu

IV. Versus, qui sequuntur, Ruhkopf. luxuriantes quidem et *ταυτολόγους* interdum, sed non prorsus reiiculos dicit. Sed nimiâ illâ luxuriâ tam frequenter tautologia in iis reprehendenda occurrit, ut poetae nomine indigni fere videantur. Sic tautologi vs. 3. et 4., vs. 14. cum vs. 19. et 20. et rursus cum 21., vs. 17. cum 18.; carpendi imprimis hac de causa vs. 25. cum 27.—29. Displicet praeterea vs. 26.

1. vs. 1. 2. Monet Ruhkopf., Clotho h. l. Lachesis et Atropi munere fungi. Namque, ut satis constat, Clotho colum gestans natalibus praeerat, Lachesis nendo vitae fata constituebat, Atropos, filum abrumpendo, vitae finem imponebat. vid. Fulgent. Mythol. I. 7. Albricus Philos. c. 10. Paulo aliter tamen explicat Scholiast. Eurip. Orest. 12: *τρεῖς εἰσὶ Μοῖραι, Κλωθὼ, Λάχεσις καὶ Ἄτροπος· τούτων ἡ μὲν Κλωθὼ*

Et gaudent implere manus : sunt dulcia pensa;
Sponte sua festinat opus, nulloque labore
Mollia contorto descendunt stamina fuso;
Vincunt Tithoni, vincunt et Nestoris annos.
15. *Phoebus adest, cantuque iuvat, gaudetque futuris,*
Et laetus nunc plectra movet, nunc pensa ministrat.
Detinet intentas cantu, fallitque laborem:
Dumque nimis citharam, fraternaque carmina laudant,
Plus solito nevere manus, humanaque fata
20. *Laudatum transcendit opus. Ne demite, Parcae,*
Phoebus ait : vincat mortalis tempora vitae,

---

requirere videntur. Quod vero ad repetitionem *τοῦ descendunt* attinet, saepius, imprimis apud Nostrum, huiusmodi repetitiones invenies.

vs. 16. *Nunc plectra movet, cet.* Puto Senecam reliquisse *movens*, et statim *ministrans*, sublata *τελείᾳ ὑποστιγμῇ*. Gronovius. Non credo.

τὰ ἑνὶ ἑκάστῳ μέλλοντα συμβήσεσθαι κλώθει καὶ κατασκευάζει· ἡ δὲ Λάχεσις λαγχάνει καὶ ἐπικυροῖ ταῦτα, καὶ οἷον ἐπισφραγίζει· ἡ δὲ Ἄτροπὸς ἄτρεπτα καὶ ἀμετακίνητα, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως γενησόμενα, τίθησιν. — *turpi.* Propter mortem quam indicat, et quoniam in locis inferis res geritur : hinc Charon Tibull. I. 10. 36. *Stygiae navita turpis aquae* dicitur. Ruhkopf. Sed Neronis quoque in locis inferis fata canuntur, neque huius tamen iccirco fusus *turpis* audit. *Turpi fuso* igitur, quia Claudii, turpis ho-

Ille mihi similis vultu, similisque decore,
Nec cantu, nec voce minor: felicia lassis
Saecula praestabit, legumque silentia rumpet.
25. *Qualis discutiens fugientia Lucifer astra,*
Aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris:
Qualis, cum primum tenebris Aurora solutis
Induxit rubicunda diem, Sol adspicit orbem
Lucidus, et primos a carcere concitat axes:
30. *Talis Caesar adest, talem iam Roma Neronem*
Adspiciet: flagrat nitidus fulgore remisso
Vultus, et affuso cervix formosa capillo.

---

vs. 29. *a carcere.* Sic Cod. Sg. Antea *e carcere.* Utrumque recte; illud tamen magis placet. — vs. 32. *affuso* vulgat. reposui. Ruhkopf. *effuso*, male.

minis, vitae stamina eo convoluta.

vs. 5. *Subtemina* pro filo i. e. lana neta frequenter usurpatur, e. g. de aranea Plin. H. N. XI. 24. *circinato orbe subtegmina adnectens.* Catull. LXIII. 327. *Currite ducentes subtemina, currite, fusi.* Hor. Epod. XIII. 15. *Unde tibi reditum certo subtemine Parcae Rupere.* Sed h. l. pro lana nenda etiamnunc voce utitur Seneca.

vs. 15. *Phoebus adest, rell.* Phoebum adesse fingit Seneca, ut opportunitatem habeat adulandi Neronem, uti mox patet e vs. 22—23., quibus Nero comparatur cum Apolline, opportunitatem praebente eius canendi studio. Et novimus, nullam laudem Neronem accepisse libentius. Attamen, t. Suet. Ner. 20., *exiguae vocis et fuscae* erat. Quod ad *vultum* eius attinet et *decorem* (vs. 22.), Id. ibid. c. 51. *Statura fuit prope iusta, corpore maculoso et*

2 Haec Apollo. At Lachesis, quae et ipsa homini a) formosissimo faveret, fecit illud plena manu, et Neroni multos annos de suo donat. Claudium autem iubent omnes b) χαίροντας, εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων. Et ille quidem animam ebulliit, et c) ex

---

a) *formosissimo*, quod plerique Codd., Sg. quoque, habent, recte Editt. alteri lect. *fortissimo* praetulerunt. — *fecit illud plena manu.* Lipsii Cod. habebat *fecit, et plena orditur manu.* « Optime, » ait Lipsius. « Ordiendi verbum proprium artis Minervae. » v. Eius Epist. ad Carrion. Sed vel sic tamen impedita haec lectio videtur, nec mihi quidem placet hoc *et orditur* post illud *fecit.* Fortasse legendum *facit, et plena orditur manu.* Sed omnium cett. Codd. lectio *fecit illud plena manu* bene habet, neque emendatione opus esse, assentiente Orellio, arbitror.

b) χαίροντας, εὐφημ. *rell.* Hunc Eurip. Chresph. versum (vid. Beck. Ed. vol. II. p. 435. sq.) ex Cod. suo restituit Hadr. Iunius, quum antea legeretur solum χαίρειν. Versum vertit Cic. Tusc. I. 48.

c) *et ex eo desiit* e Cod. Sg., probante Orellio, pro vulg. *et eo desiit* recepi.

foetido, subflavo capillo; vultu pulcro magis quam venusto, oculis caesiis et hebetioribus, cervice obesa, ventre proiecto, gracilissimis cruribus.

vs. 23. *lassis,* Claudii iniuriis et crudelitate. — vs. 32. *affuso cervix formosa capillo.* Suet. l. l. *circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem submiserit.* Ceterum quam vana haec auguria fuerint, ex historia Neronis cuique notum est.

2. *vivere videri.* Referenda haec rursus ad l. supra c. Suet. c. 3. H. ludo infra c. 5. *quasi hominem.*

dum comoedos audit. Salsum hoc nigro sale, sed tamen falsum. Nam ab Agrippina per

eo desiit vivere videri. Exspiravit autem dum comoedos audit; ut scias me non sine causa illos timere. Ultima vox eius haec inter homines audita est, quum maiorem sonitum emisisset illa parte, qua facilius loquebatur: d) Vae me, puto, concacavi me! e) Quod an fecerit, nescio: omnia certe concacavit.

---

d) *Vae me, puto, rell.* Haec omnium Codd. lectio est. Ruhk., quamvis laudato loco Plaut. Asin. II. 4. 75, ubi *vae te*, emendavit *Vae! me, puto, rell.* Lindemanno praeferendum videtur *Babae, puto, rell.*

e) *Quod an fecerit.* Vulgo *Quid autem fec.* Rhenanus pro *autem* correxit *ante;* male. Fortasse *Numquid autem fec.* scribendum putabam; sed praeferenda Cod. Sg. lectio est, quam, probante Orellio, recepi. — Post *concacavit* Rhenan. ex edit. rom. et, t. Fromondo, quaedam exemplaria auctiora habent *Nec post boletum opipare medicamentis conditum plus cibi sumsit.*, quae merito reiecta ab Editt. sunt. Ruhkopf. haec propterea eiicienda esse putat, quod huic loco non congrua sint, quum iocose haec auctor tractet, nec serio causam mortis exponere instituerit. Sed neque serio rem narrans, de *boleto medicamentis condito* sermonem fecisset. Cf. Dan. Heins. Dissert. I.

simulationem, mortuo iam Claudio, inducti isti comoedi, qui velut desiderantem oblectarent, ait Suetonius, donec circa Neronis successionem omnia ordinarentur. Fromond. — *Ut scias me - timere.* Quasi illi causam mortis Claudio attulissent.

illa parte qua facilius loquebatur. Erat Claudius *lingua titubanti*, quod vitium significat etiam Noster c. seq. *perturbato sono et voce confusa.* Paulo post *vocem - raucam et implicatam*, et rursus c. 6. *et quanto potest murmure irascitur.* Neque alienum videtur statuere, quod ait Fromond., « nimis rustice et illiberaliter illa parte sonare solitum Clau-

V. Quae in terris postea sint acta, supervacuum est referre. Scitis enim [a]) optime, nec periculum est, ne excidant, quae memoriae publicum gaudium impressit. Nemo felicitatis suae obliviscitur. In coelo quae acta sint, audite: fides penes auctorem erit.
2 Nuntiatur Iovi, venisse quendam bonae staturae, bene canum, nescio quid illum minari: assidue enim caput movere, pedem dextrum trahere. Quaesisse se, cuius nationis esset? respondisse nescio quid perturbato sono et voce confusa; non intelligere se linguam eius: nec [b]) Graecum esse, nec Romanum, nec ullius

---

a) *optime.* Cod. Weissenb. dedit *certissime*, quod probant Rhen. et Gron. Vulgatum praefero. — Mox *publicum gaudium.* Sg. *gaudium publicum.* — *impressit.* all. *impresserunt;* male. —

b) *Graecum - Romanum.* Melius fortasse *Graecam - Romanam.*

dium fuisse.» Eo enim duci videmur Suet. 32: *Dicitur etiam meditatus edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi: quum periclitatum quendam, prae pudore, ex continentia reperisset.*

V. Claudii adventus in coelum.

1. *Quae memoriae publicum gaudium impressit.* Nempe ex morte ac funere Claudii (de quo infra c. 12.) et Neronis successione. Mox *auctorem* Livium Geminium, vid. supra ad c. 1.

2. *bonae staturae, bene canum,* cf. Suet. 30. *nescio quid - trahere.* Igitur, quod eius corporis vitium erat, minitabundum eum fecisse putabat nuntius. Ad verba *movere, trahere, respondisse,* et sequentia *nec Graecum esse* intellige *illum* ex praecedentibus *nescio quid illum minari.*

gentis notae. Tum Iupiter Herculem, quia totum 3
orbem terrarum pererraverat, et nosse videbatur omnes nationes, iubet ire ex explorare, quorum hominum esset. Tum Hercules primo adspectu sane perturbatus est, c) ut qui etiam non omnia monstra timuerit: ut vidit novi generis faciem, insolitum incessum, vocem nullius terrestris animalis, sed (qualis esse marinis belluis solet) raucam et d) implicatam,

---

c) *ut qui etiam non omnia monstra timuerit.* Variae sunt de hac lectione Eruditorum sententiae. Cum Nic. Fabro Lipsius Ep. ad Carr., «eleganter *domuerit* corrige,» ait. Fromondus *timuerit* etiam probum, imo magis acutum arbitratur. Gronovius coniicit: *utcunque etiam iunonia monstra domuerit.* Ex qua coni. Ruhkopf. *τὸ iunonia* retinuit, eliminato *omnia*, vulgatam omnium Codd. lectionem omni sensu carere censens; sed cum Sonntagio *timuerit* tuetur propter illa *perturbatus est*, unde legit: *ut qui etiam non iunonia monstra timuerit.* Quod ad hanc lectionem attinet, si *iunonia* Seneca scripsisset, *etiam iunonia monstra non t.* eum scripturum fuisse censeo; quum *non* praecedat, *non omnia* scriptoris esse statuendum videtur. Sed omnino misere conflata eius emendatio est. Equidem, si quid mutandum, cum Nic. Fabro et Lipsio *domuerit* scribam. Idem Lindemanno placet, qui formulam *etiam non*, etsi rarius obviam, idem fere quod *nondum* significare monet Emendd. pag. 8. Orellii coni. *ut qui etiam nova iunonia* (vel *Iunonis*) *monstra tim.* haud probem.

d) *implicatam.* Sg. *implicitam* (a prima manu).

nec Graecum esse, nec Romanum. Adduntur haec, non quia revera nec Graecus nec Romanus erat (vid.c.6.), sed ad augendam vocis confusae derisionem, uti patet ex sequentibus *nec ullius gentis notae.*

3. *primo adspectu sane perturbatus est, rell.* Ne-

4 putavit sibi tertium decimum laborem venisse. Diligentius intuenti visus est quasi homo. Accessit itaque, et, quod facillimum fuit Graeculo, ait:

Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; e) *πόθι τοὶ πτόλις ἠδὲ τοκῆες;*

---

e) *πόθι τοὶ πτόλις ἠδὲ τοκῆες; Claudius, rell.* Sic Sg. Vulg. *πόθι τοὶ πτόλις; Ubi haec Claudius, rell.* Prorsus insolitam esse ellipsin *ubi haec* scil. *audiit*, monet Orell., et verba *ubi haec* manifeste e Graecis corrupta.

gligentius rursus haec a Seneca, satirico ingenio nimis indulgente, scripta sunt. Quomodo enim, quem nuntius ille *bonae staturae, cet.* paulo ante dixerat, iam Herculi tam terribile monstrum videri potuit?— *ut qui - timuerit.* Obliquo schemate haec dicta esse puto: *ut qui etiam non omnia* sane *monstra timuerit*, i. e. quippe qui, ut notum est, nullum profecto monstrum timuerit; sive, cui nullum tamen unquam tam terribile monstrum visum fuerit, ut timendum putaret. Nisi quis fortasse *ut qui etiam* h. l. interpretari *quamvis* malit.

ut vidit - quasi homo. Haec omnia ridicule exaggerata esse, cuique facile patebit conferenti Suet. de Claudii forma l. l.

4. *Graeculo.* Herculi. Non cepisse locum videntur, qui *Claudio* explicant. Perperam ita Rhenanus, qui distinguens post *fuit*, sic legit: *quod facillimum fuit, Graeculo ait.* Perperam Fromondus, quem sequitur etiam Ruhkopf. Diminutivo utitur Seneca, non tam ad deridendum Herculem, quam ad augendam vim *τοῦ facillimum;* et opponitur praeterea *τῷ philologos homines.* Omnes igitur philologos habet Claudius, modo verba aliquot Graeca loquantur; at cuique Graeculo hoc facillimum est. Notari obiter philologorum illius aevi vanitas videtur, ut qui ad doctrinam ostentandam saepius Graecis versibus et vocibus uterentur; quo referendum Horat. Sat. I. 10. 20. *At magnum*

Claudius gaudet esse illic philologos homines, sperat futurum aliquem historiis suis locum. Itaque et ipse Homerico versu Caesarem se esse significans, ait:

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.

Erat autem sequens versus verior, aeque Homericus:

Ἔνθα δ' ἐγὼν πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς.

fecit, quod verbis graeca latinis Miscuit. Vox *Philologus* quam vim habeat, docet Suet. Gramm. 10. *Philologi appellationem assumsisse videtur* (Atteius Phil.): *quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variaque doctrina censebatur.* Quomodo Seneca distinguat *philosophum, philologum* et *grammaticum,* vid. Eius Epist. CVIII. post med. — *Τίς; πόθεν εἶς, rell.* versus Homer. Odyss. I. 170.

sperat - historiis suis locum. Scil. recitandis, et admirationi inde movendae. Nam magno studio Claudium hoc curavisse, ut saepe scripta sua recitarentur, neve oblivioni darentur, efficitur ex Suet. 42. *Et Graecas scripsit historias Τυῤῥηνικῶν* XX. *Καρχηδονιακῶν VIII. Quarum caussa veteri Alexandriae Museo* (*alterum*) *additum ex ipsius nomine: institutumque, ut quotannis in altero Τυῤῥηνικῶν libri, in altero Καρχηδονιακῶν, diebus statutis, velut in auditorio, recitarentur toti a singulis per vices.* De ceteris Claudii libris latino sermone scriptis vid. Id. 41. *Commentt. de vita sua* nominat Tacitus quoque Annal. XIII. 43.

Ἰλιόθεν με φέρων, rell. Versus Homer. Odyss. IX. 39. Hoc igitur versu *Caesarem* se esse significat. Satis obscure. Fromondus explicat: *ab Iulo Troiano, Aeneae filio, oriundum;* in qua explicatione recte

VI. Et imposuerat Herculi, a) homini minime vafro, nisi fuisset illic Febris, quae fano suo relicto sola cum illo venerat: ceteros omnes deos Romae reliquerat. Iste, inquit, mera mendacia narrat.

---

a) *homini minime vafro.* Hanc Iunii emendationem, quam secutus defendit Fromondus, Ruhkopf. tamen, rescripta edit. rom. lectione *minimo discrimine fabulam*, ineptissime reiicit, equidem reposui. Probat Orellius quoque. Sg. cum cett. Codd. corrupte habet *homini minime fabro.*

assentitur Hadr. Iunio. — Sequentem versum ipse Claudius etiam adiecisse habendus est, uti ex verbis illis *aeque Homericus* patet. *Ἔνθα δ' ἐγὼν, rell.* Ibid. vs. 40. *Verior* hic versus; nempe ob saevitiam, qua Claudius in Romanos usus erat. De Rhenani ad h. l. ineptiis vid. Fromond.

VI. Fraudem Claudii, Herculi impositurí, Febris redarguit.

1. *nisi fuisset illic Febris.* Bene haec eum noverat, ut *quae cum ipso tot annos* vixisset. Quod quomodo intelligendum sit, docet Suet. c. 2. (vid. ad h. Ludi c. 3.) — *cum eo venerat.* Placet omnino ad h. l. Fromondus: « Fortasse Febri eum decessisse Seneca videri voluit, ut boleti et venefícii Agrippinae suspicionem averteret. » — *Fanum* Deae Febris Romae in Palatio fuisse, dicit Plin. H. N. II. 7., ut observant Intpp. Cicero quoque de Legg. II. 11. *Araque vetus stat in Palatio, Febris.*

Luguduni natus. Confirmat Suet. c. 2. — *Marci municipem.* A Romanis, Romae habitantibus, Romaeque natis, minus nobiles saepe habitos fuisse eos, qui e municipiis originem ducerent, satis notum est. cf. Roth de Re Munic. Rom. pag. 12. Not. 25. Hunc morem sequitur h. l. Febris, Claudiumque, antiquissima se Romanorum stirpe oriundum iactantem, cum contemtu, quamvis civis Romanus optimo iure, et natus

Ego tibi dico, [b]) quae cum ipso tot annos vixi: [c]) Luguduni natus est. [d]) Marci municipem vides; quod tibi narro, ad sextum decimum lapidem [e]) à Vienna

b) *quae cum ipso tot.* Sg. *quae cum illo tot.*

c) *Luguduni* Cod. Sg. dedit, et infra *Lugudunenses;* quae scriptura, t. Orellio, Inscriptionibus firmatur. Cf. Oudend. ad Suet. Claud. 2.

d) *Marci municipem.* Rhenani coni. *Munatii munic.* recepit Ruhkopf., haud male fortasse, sed Codd. omnes habent *Marci munic.*, et Munatius coloniam quidem Lugudunum deduxit, civitatis vero Romanae eundem iis auctorem fuisse, non apparet. Cf. Annot. Vulg. repono, dum quis certiora doceat.

e) *a Vienna natus est.* Sg. *natus est a Vienna.*

quidem in municipio, non vero origine municeps fuisset, ne civem quidem vere Romanum, sed *municipem* tantum dicit. - *Marci* autem municeps quare vocetur, dici non potest; nec maior lux affertur, si pro *Marci* legamus *Marcii.* Coloniam Lugudunum deduxit L. Munatius Plancus, tt. Dione Cass. XLVI. 50. et Senec. Epist. XCI. f°. 583. A. edit. Lips. 1652. Num vero *municipium* factum sit, iam antequam tota Gallia Comata a Claudio civitate donaretur, etsi id haud absurde efficere mihi videar ex Nostri l. l. f°. 582. B. « Civitas - ornamentum provinciarum, quibus et inserta est, et *excepta,* » tamen nullo modo constat. Suspicari fortasse ex l. nostro licet, *Marci* cuiusdam (vel *Marcii* potius) patrocinio Lugudunenses ante ceteram Galliam civitatis Romanae participes exstitisse, eosque ideo recte *Marci* (vel *Marcii*) *municipes* dictos. Vix tamen certi quid hac de re afferri poterit. Turnebi explicatio (Advers. XXV. 4.) Fromondo merito displicet. De Municipiis vid. omnino Fr. Roth. opusc. I.

Quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. Nimirum ita in Romam insanivit, tot caedibus eam afflixit, quasi hostis

natus est, Gallus germanus. Itaque, quod Gallum facere oportebat, Romam cepit. [f]) Hunc ego tibi recipio Luguduni natum, ubi Licinius [g]) multos an-
2 nos regnavit. Tu autem, qui plura loca calcasti quam ullus mulio perpetuarius, Lugudunenses scire [h])

---

f) *Hunc ego tibi recipio.* Hanc lectionem, quam ex Cod. Iureti Iunius dedit, cum Fromondo vulgatae *Hunc ego tibi reddo* longe praeferendam censeo. Consentit recte Sg., ut videtur.

g) *multos annos.* Sg. *multis annis.*

h) *debes, et multa.* Sg. *debes. multa.*

eam cepisset. Urbem a Gallis Senonibus captam significatSeneca.

Hunc ego tibi recipio. Haec et similia illa, *ego tibi dico* et *quod tibi narro*, garrulae et acris feminae sunt, qualem Febrim hic a Seneca induci, patet quoque, cum ex universis illius ad Herculem verbis, tum ex ter repetito illo *natus.* — *Hunc ego tibi recipio, rell.* i. e. hunc ego tibi spondeo Luguduni natum; hic mea fide Luguduni natus est. Nota verbi *recipio* significatio. Sic Cic. ad Div. VI. 12. *Pansa mihi non solum confirmavit, verum etiam recepit, cet.* Id. Phil. V. 18. *Promitto, recipio, spondeo, cet.*

Licinius natione Gallus, Caesaris libertus, ab Augusto Galliae praefectus, maximam avaritiam in gentem suam exercuit, turpissimisque exactionibus assidue eam vexavit, ita ut a Gallis, tandem eum pertaesis, de repetundis postulatus sit. Quum vero iratum sibi inde Augustum videret, et poena sese affectum iri intelligeret, domum suam Imperatorem induxit, ingentibusque et auri et argenti thesauris monstratis, haec illi ceterisque Romanis acervasse se dixit, ut ne, tantis opibus nimis potentes, Galli desciscerent. Itaque, traditis Augusto illis thesauris, servatus est. Vid. Dio Cass. LIV. 21. — *Regnasse* dicitur propter illam, quam exercuit, tyrannidem.

debes, et multa millia inter Xanthum et Rhodanum interesse. — Excandescit hoc loco Claudius, et quanto potest murmure irascitur. Quid diceret, nemo intelligebat. Ille autem Febrim duci [i]) iubebat, et illo

---

i) *iubebat, et illo gestu - solebat, iusserat, rell.* Vulg. *iubebat, illo gestu solutae manus, et ad hoc - solebat. Iusserat, rell.* In qua pro *et* Ruhkopf. cum Gronov. et Huet. scripsit *sed*, Orellius illud *et* cum Cod. Sg. omittendum censet. Sonntagius

2. *Mulio perpetuarius.* Recte Gronovius : « Non qui veterinam mulam perpetuo, quoad vixerit, conductam habet, et ea vellaturam facit, ut Alciatus, Fromondus, ceteri (Ruhkopf. quoque), sed qui ad magna et longinqua itinera, non ad paucas proximas mansiones, seque et mulas praebet.» Sic demum rite Herculis itinera cum mulionis perpetuarii itineribus comparantur, et plura loca calcasse, ad magnam illorum multitudinem indicandam, ipse dici potest.

Lugudunenses scire debes. Koelerus, t, Ruhk., quum τὸ *scire* insolito more positum esse putaret, haud multum abfuit, quin crederet, quaedam h. l. excidisse. « Occurrunt tamen, » ait Ruhkopf, « exempla quaedam, in Lexicis non omissa, quae docent, *scire* interdum pro *noscere* usos esse veteres. » Male Koelerus, male et Ruhkopf. Recte omnino h, l. *scire*, non *nosse;* non enim de hominibus, non de incolis Luguduni, eorumque moribus agitur, sed de loco ubi degant: *Lugudunenses scire debes*, i. e. scire debes, ubi Lugudunenses incolant; quod satis patet ex sequentibus *et - inter - interesse.* Nihil excidit, nihil exemplis opus. — *Xanthum - Rhodanum.* Neque Febris igitur Claudium intellexit, quum Caesarem se esse versu illo Homerico significari vellet, aut certe verebatur, ne male Hercules illum ad verbum cepisset.

Excendescit - nemo intelligebat. Vocem Claudii haec

gestu solutae manus, ad hoc unum satis firmae, quo decollare homines solebat, iusserat illi collum praecidi. Putares omnes illius esse libertos, adeo illum nemo curabat.

---

habet: *iubebat et illo gestu solutae manus et ad hoc - solebat, iusserat, rell.* Hanc lectionem equidem recepi, eliminato altero *et*; sic locum emendasse mihi videor. — *ad hoc unum satis.* Sg. corrupte *ad hoc manu satis.*

rursus ludunt; ut observavi supra ad c. 4.

Duci iubebat, rell. Proprie *duci* dicuntur, qui ducuntur in carcerem vel ad supplicium. Sic infra c. 13. *quos Narcissus duci iusserat.* Eadem ratione Noster de Ira I. 16. et Cicero quoque, e. g. Verr. II. 12. et ibid. 26. — *Solutae manus.* Dio Cass. LX. 2: τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τοῖς χερσὶν ὑποτρέμειν. Sed exaggeratio manifesta est ex illis *ad hoc unum satis firmae*, ut recte cum Hueto *solutae παραλελυμένης* explices; ita enim hic in nott. mss. habet, t. Ruhkopf. Et *gestu* quodam Claudium homines decollari iubere solitum fuisse, ni fallor, non aliunde constat. De Caligula Suet. Cal. 32. *Lautiore convivio effusus subito in cachinnos, Consulibus, qui iuxta cubabant, quidnam rideret, blande quaerentibus: Quid, inquit, nisi uno meo nutu iugulari utrumque vestrum statim posse?* — Verbum *decollare* proprie est *e collo deponere.* Caecil. apud Non. Marc. II. 222. *in tuo collo est; decolles, cave.* Sed significatione caput amputandi invenitur Suet. l. l. Scribon. Larg. 194. Fenest. Epitt. II. apud Diomed. l. I. Scilicet hoc supplicii genus ignotum priscis Romanis, demum sub Imperatoribus natum est cum ipsa hac verbi *decollare* significatione. Cff. Gronov. Lectt. Plautt. p. 71. et ad Liv. XXVII. 17. Bosscha ad Plaut. Capt. III. 1.

VII. Tum Hercules: Audi me, inquit, [a]) tu: desine fatuari: venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Citius mihi verum, ne tibi alogias [b]) excutiam. Et quo terribilior esset, tragicus fit, et ait:

Exprome propere, sede qua genitus eluas, 2
Hoc ne peremtus stipite ad terram accidas,
Haec clava reges saepe mactavit feros. —
Quid nunc profatu vocis incerto sonas?

---

a) *tu : desine.* Sic Sg. Vulg. *tu, et desine.*

b) Post *excutiam* edit. rom. et Beati Rhenani habere *dicito*, quod omnibus Codd. abest, ait Ruhkopf., qui illud recepit. Eieci. Obiter moneam, in edit. Beati ai 1529, me hoc verbum non additum invenire. Recepit idem Ruhk. in fine h. cap. post *valde fortis licet* ex ed. rom. et quatuor Codd. Paris. verba *tibi vi-*

37. Ruhnken. in Scholl. ad Suet. l. l. pag. 274.

VII. Claudius Herculis minis movetur, ut eius misericordiam et benevolentiam captet.

1. *desine fatuari.* Uti hoc *fatuari* derivatur a *fatuus*, ita Nero a *morus*, Graece μωρός, faciebat *morari*. Suet. Ner. 33. *Morari eum* (Claudium) *inter homines desisse, producta prima syllaba, iocabatur; multaque decreta et constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit.*

Venisti huc, ubi mures ferrum rodunt. Huiusmodi magniloquentia homines, rei suae non prorsus certi, ad terrorem adversario suis viribus celebrandis iniiciendum, uti solent. Non ad excitandum risum dictum, ut male Rhenanus censet; qui tamen recte, sicut Fromondus quoque, explicat: Si mures hic ferrum rodunt, quales nos esse putas? Et hic Cognato queque (vid. Cognat. Nozareni Syllog. Th. adag.) proverbii sensus est, qui non dissimile aliud eiusdem Nostri dicit de Benef. V. 16: *Arma-*

5. *Quae patria, quae gens mobile eduxit caput?*
Edissere. Equidem regna tergemini petens
Longinqua regis, unde ab Hesperio mari
Inachiam ad urbem nobile advexi pecus,
Vidi duobus imminens fluviis iugum,
10. *Quod Phoebus ortu semper obverso videt:*
Ubi Rhodanus ingens amne praerapido fluit,
Ararque dubitans, quo suos cursus agat,
Tacitus quietis alluit ripas vadis.
Estne illa tellus spiritus altrix tui?

---

dearis, quae verba, ut ab aliquo librario, ignaro *licet* saepe nullo verbo sequente poni, profecta, pari modo eieci.

vs. 1. *Expromo.* Sg. *Exprime.*

tus sit oportet, quem oderim. (Hoc vero alterum l. l. non invenio.) Minus recte Ruhkopf. cum Hueto in Nott. Mss. et Beckmann. ad Antig. Caryst. p. 32. «Frustra es, nam in coelo ferri vis nulla est» explicare locum censeo; scilicet, tollitur ita omnis dicti vis et festivitas.

Citius mihi verum. cet. Abrupte, iratorum hominum more. Intellige *dicito.* — *alogias.* Vox Graeca, *ἀλογίας*, *ineptias.* Haud male Fromondus gallice vertit *des impertinences.* Hoc loco et in Epist. Augustini ad Casulan. episc. 86. occurrere hanc vocem, monet Ruhkopf. — *tragicus fit.* Ita loqui incipit, ut poetae tragici heroes suos loqui facere solent, i. e. fortius loqui coepit. Martial. VIII. 18. 8. *Quum posset tragico fortius ore loqui.*

2. vs. 6—8. *equidem — advexi pecus.* Spectant haec ad fabulam de Herculis expeditione adversus Geryonem, Hispaniae regem, cuius victi boves puniceos, caesis cane bicipiti et dracone septem capita habente,

Haec satis animose et fortiter. Nihilominus mentis 3
suae non est, et timet μωροῦ πληγήν. Claudius, ut
vidit virum valentem, oblitus nugarum, intellexit
neminem c) parem sibi Romae fuisse, illic non habere
se idem gratiae; gallum in suo sterquilinio plurimum
posse. Itaque, quantum intelligi potuit, haec visus
est dicere: Ego te, fortissime deorum Hercules, spe- 4

---

c) *parem sibi Romae.* Sg. *Romae sibi parem.* Vulgatum praeferendum videtur.

boum custodiae praepositis, abduxit. Cf. Apollod. II. 5. 10. Fingebatur autem, ut satis notum est, Geryon, quia tribus insulis (Balearibus) Hispaniae adiacentibus imperavit, tria corpora habuisse, unde *tergeminus.* Idem epitheton ei datur a Virg. Aen. VIII. 202. Hor. Od. II. 14. 7. *ter amplum* dicit. — vs. 9–13. *Vidi duobus-vadis.* Notum est Lugudunum in Gallia ad confluentes Rhodanum (Rhône) et Ararim (Saone) situm.

3. *Haec satis - nihilominus - non est.* Respondent haec illis *venisti huc, cet.* vid. supra. Et plane ita tamquam hominem Herculem hic induci patet. Nostri locus est de Ira I. 16. extr. *Non est quod credas irascentium verbis; quorum strepitus magni, minaces sunt, intus mens pavidissima.* Recte; sed de Hercule haec dici non admodum placet. - *timet μωροῦ πληγήν. Stulti ictum.* Stulti enim, qualis Claudius, inquit Fromondus, cum lacessuntur, in iram et verbera prorumpunt, et obvios quosque sine delectu feriunt. Sed non improbabiliter ex hoc loco efficere mihi videor, Graecos olim timendum magnopere *stulti ictum*, tamquam periculosissimum, duxisse, ut inde μωροῦ πληγήν timere in proverbium abierit.

Oblitus nugarum. Mordent haec rursus: quamdiu putat

ravi mihi affuturum apud alios: et [d]) si quis a me notorem petisset, te fui nominaturus, qui me optime nosti. Nam si memoria repetis, ego eram, qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus mense Iulio et Augusto. Tu scis, quantum illic

---

d) *si quis a me.* Sg. *Si qui a me.*

Claudius impositurum se facile Herculi, superbus est; ut intelligit male se ita opinatum esse, non tantum mittit nugas istas, sed *oblitus nugarum* est. — *Idem gratiae.* Minus recte Fromondus haec ad Claudii adscensum in thronum referenda esse arbitratur. « Gratia enim militum, ait, post Caii caedem Claudium principem fecerat, et ut neminem Romae haberet sibi parem. » Melius universe de eius principatu dictum putaveris: *idem gratiae*, i. e. idem amplitudinis, idem potentiae, nempe ut nemo par ei esset. Hoc sensu Cicero quoque voce *gratia* utitur, e. g. ad Div. I. 1. *gratiam nostram exstinguit suspicio.*

Gallum in suo sterquilinio plurimum posse. Proverbium hocce de gallo gallinaceo in Claudium Noster vertit, ludens voce *Gallus;* uti enim vidimus, Claudius in Gallia natus est. Romam vero ceu sterquilinium suum fere habuit, si saevitiam eius cogitamus. Simili proverbio, ut observat Rhenanus, Canem in suarum aedium vestibulo ferociorem esse, nostrates dictitant.

4. *mihi affuturum.* i. e. causam meam acturum, *apud alios*, intellige deos. De verbo *adesse*, fori verbo, et illo, quod pro hocce sub Hadriano invaluit, *superesse*, vid. Fromond. ad h. l. — *Notorem.* Notor est, qui notus tamquam gnarus adhiberi solet, ut alterum ignotum noscitet et agnoscat. Occurrit eadem vox Senec. Epist. XXXIX. 1. et Petron. 92. Cicero *cognitorem* dicit, Graece Xenophon γνωστῆρα.

miseriarum e) pertulerim, quum causidicos audirem, et diem et noctem: in quos si incidisses, valde fortis licet, maluisses cloacas Augiae purgare: multo plus ego stercoris exhausi.

VIII. * * *

***

dic nobis, qualem deum istum fieri velis: Ἐπικούρειος θεὸς non potest esse, ὃς οὔτε αὐτὸς πρᾶγμα ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει. Stoicus? Quomodo potest rotundus

(fortasse *violens*, ait Fromondus) *et nihil tibi clusi est;* cui quamobrem alteram praeferendam esse viri docti censuerint, non videre me fateor. Utraque aeque mendosa est. Si Rhenani lectio vera sit, et post, et ante verba *sed quoniam volo* lacunam esse iure censueris. Signa apponenda curavi. — *impetum in curiam.* Sg. *in curiam impetum.* Mox pro *clusi* idem habet *clausi.* — Graeca, quae paulo post sequuntur, non infeliciter restituta esse a Rhenano, suffragante tacite Lipsio in sua Menippea, ait Fromondus; unam tantum voculam ὅς ante illud οὔτε ponendam esse putat. Gronovius etiam sine illa vocula bene se habere locum arbitratur, ut de deo Epicuri subiecta ratio exaudiatur. Quod si displiceat, malle se: ἤτε αὐτὸς - ἤτε *rell.* ait. Fromondi tamen emendationem, quam t. Ruhk. probat Huetus quoque, recepi.

lego) Imprimis ad nostrum locum facit Cic. de Nat. Deor. I. 30. *haec, ut opinor, prima sententia* (Epicuri) *est; quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotia.*

Stoicus? quomodo - sine praeputio. Mirum videri possit quod Seneca, Stoicus philosophus, sic scripserit, et Stoicorum de Deo sententiam ludibrio dederit. Sed tenendum est, rideri Stoicos huius sententiae causa solitos fuisse, quumque *Mundum* Deum esse dicerent, sive male intellecta eorum sententia, sive adversariorum malitia, deum, quasi nonnisi *corpus Mundi* illum putarent, *rotundum* facere dictos esse. Inde Tertull. Apolog. 47. *Stoici corporalem statuunt Deum.* Seneca igitur l. nostro ludens, semideum eadem tantum illa iocari facit, quae vulgo Stoicis falso obiici solebant, eoque Zenonis obtrectatores potius, quam sectam suam risui exponere videtur. Etenim multa Senecae loca sunt, quibus Deum ex Stoicorum sententia definiens, *Animam Mundi* eum esse affirmat, ita tamen, ut

esse (ut ait Varro) sine capite, sine praeputio? Est aliquid in eo Stoici dei, iam video: nec cor, nec
2 caput habet. *** b) Si, mi Hercules, a Saturno pe-

---

b) *Si, mi Hercules* Kortio et Sonntagio praeeuntibus legit Ruhk.; haud male, quum de beneficio illo agi videatur, quod Hercules Claudio non negaverat, scilicet, ut ei *apud alios adesset.*

Mundi corpus non ab altera illa parte seiungatur; unde *Mundum* (e.g. Quaest. Nat. II. 45.) illum esse, vel *rotundam Deo formam dari* (Epist. 94.) dicit quidem, sed semper a parte meliori, Anima, sive Mente universi. Et haec Stoicorum sententia fuit. Praeclare hac de re Varro, t. Augustino de Civ. Dei. VII. 6., aiebat: *Sicut hominem sapientem, cum sit ex animo et corpore, tamen ab animo dicimus sapientem, ita Mundum Deum dici ab animo, cum sit ex animo et corpore.* — Quod vero ad Varronis verba l. nostro, *sine capite, sine praeputio*, attinet, iocose in Epicureos dicta esse, qui Deum faciebant humana specie, acute observat Lipsius Physiol. Stoic. I. Diss. 8., quae cf. omnino de Mundo, Stoicorum Deo. — Obiter moneo, falli, uti saepius, ita etiam h. l. Ruhk. affirmantem Lipsio iudice Diss. l. haec Varronis verba in eius Theol. Naturali occurrere debuisse. Nihil hac de re Lipsius.

2. *Si, mi Hercules, a Saturno, cet.* Lacuna rursus ante haec verba est, in qua Herculem respondisse puto. — Sensus est: quomodo tu, Hercules, tibi persuaderi passus es, ut isti adesses, qui si, ne dicam ab Iove, quem infestissimum ei esse duco, quum L. Silano occiso damnavisse ipsum Iovem incesti habendus sit, sed a Saturno, quem tanto studio, quanto nemo unquam alius, coluit, quemque igitur favere ei putes, hoc beneficium petisset, non tulisset? — *cuius mensem toto anno celebravit princeps.* Recte ad h. l. Fromondus: Mensis ille Sa-

tisset hoc beneficium, cuius mensem toto anno c) celebravit princeps, non tulisset illud; nedum ab

---

c) Post *celebravit* vulgo legitur *Saturnalia eius princeps*, quae tria vocabula ex glossa esse, et merito a romana edit. abesse ait Nic. Faber. De verbis *Saturnalia eius* eadem est Lipsii omniumque fere ceterorum Criticorum sententia. Haec igitur eiicere non dubitavi; *τὸ princeps*, quamvis hoc Gronovius quoque, Iano Rutgersio apud Nic. Heinsium praeeunte, delendum esse censeat, retineo, quum haec imprimis ad Claudium in principatu a libertis regi se passum spectare videantur. — *non tulisset - occidit.* Multae sunt rationes, quibus hunc locum emendare viri docti conati sunt. Ut de Rhenani ineptiis non dicam, longissime a vero abesse eam lectionem arbitror, quam dedit Ruhkopf.: *non tulisset illum deum ab Iove, quem, quantum, cet.*, ex Turnebi fortasse Advers. XVIII. 13. emendatione: *eius preces non tulissent illum Deum ab Iove, cet.* profectam. Post *tulisset* intelligi rursus, vel indicari *beneficium* debere, satis patet. Hadr. Iunius: *cuius mensam* (sic male e Cod. S. A.) *toto anno celebravit, Saturnalitius princeps non tulisset. Illum Deum, cet.* Codd. alii habent *quem - damnavit incesti. L. Silanum, cet*, alii *qui - damnatum incesti L. Silanum, cet.* Hoc habebat Lipsii Cod. vid. Eius epist. ad Carrion.; idem praeterea pro *deum ab Iove* dedit *deum Iane;* hinc Lipsius:

turni December est, circa cuius dimidium quinque dies Saturnalium Romae, cum duobus Sigillarium sequentibus, omni luxu conviviorum et comessatione celebrabantur. Servi etiam tunc habitum dominorum, ministrantibus dominis, assumebant. Noster Epist. XVIII:

December est mensis, cum maxime civitas desudat. Ius luxuriae publicae datum est; ingenti apparatu sonant omnia; tamquam aliquid inter Saturnalia intersit, et dies rerum agendarum. Adeo nihil interest, ut non videatur mihi errasse, qui dixit;

Iove, quem, quantum quidem in illo fuit, damnavit incesti. L. Silanum generum suum occidit.

---

non tulisset. Illum Deum sane, qui, cet. (cf. Id. ad Tacit. Annal. XII. 4.); non sine aliqua specie; ex Tacito enim l. l. c. 8. docemur Silanum sibi ipsum mortem conscivisse. Ian. Rutgersius Varr. Lectt. I. 9. legit : *Illum deum apage, qui, cet.* Sic Schottus quoque t. Fromondo. Melius vero verba *ab Iove* retineri credo, et magis ita placet, quod habet Fromond.: *non tulisset. Illum deum ab Iove, quem, cet.* Sic enim vim habent illa *a Saturno - cuius mensem - celebravit* ad haec *ab Iove, quem - damnavit incesti.* Hanc igitur lectionem nescio an secuturus fuissem, nisi aliam dedisset Gronovius ad Tacit. Annal. XII. 4., qua omnes alias longe vinci, iure, ni fallor, censeo; ideoque recipere eam nullus dubito. Cum eo igitur lego : *non tulisset illud. Nedum ab Iove, quem - incesti.* Hanc a Gronovio emendatam lectionem ut optimam defendo. Etenim Rhenani sententiam, verba *illum deum ab Iove* nihil ad sensum facere, veram, quod ad verba *illum deum* attinet, existimo. Certe Iupiter non impedit, quominus Claudii res in curia deorum agatur; *permiserat* enim *interrogare*, et ipse Senatum de eo habet. — Cod. Sg. habet : *ab iovem qui quantum quidem in illos fuit - incesti. Silvanum.* — Post *L. Silanum* vocabulum *enim*, quod, nescio a quo primum immissum, in edit. Rhenani aliisque nonnullis non invenitur, quum eo non opus sit, eieci.

olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum. Apposite ad huius loci enarrationem, ubi Claudius dicitur toto anno celebrasse Saturni mensem, (cf. Suet. Claud. 32. et 33.) Imperium etiam permiserat libertis suis (ut Saturnalibus solet), quorum verius mancipium erat quam Imperator. Hinc cum exercitus in Gallia seditionem agitaret, nolletque in Britanniam sequi A. Plautium praetorem, missusque a Claudio esset princeps libertorum Narcissus ad compescendum, et hic verba facturus adscendisset tribunal, milites (v. Dio Cass

d) Oro, propter quid? sororem suam, festivissimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent,

---

d) *Oro propter quid?* Codd. corrupte alii *Oropenque* nullo sensu, alii *Oro per quod* habent. Nic. Faber : « Illam reticentiam, *Oro per*, qui non intellexerint, *Oropen* effecerunt. » Videtur igitur legisse : *Oro per....! quod sororem, cet.* Sed quamvis τό *quod* ita recte se habere videatur, reticentia haec non admodum mihi placet, quare cum ceteris Editt. *Oro propter quid?* ex Lipsii coniectura, etsi suspecta, rescripsi. Falso Ruhkopf. hanc lectionem e Codice Rhenani esse dicit; Cod. Weissenb. cum Codd. S. A. et Lipsii dedit : *Oro per quod*, quae eadem habet Cod. Sg., unde Rhenan. *eo quod* legendum esse putabat. — Quae sequuntur, *Quare, inquit, quaero enim, sororem suam...? Stulte, stude : Athenis - totum*, difficillima quoque et obscurissima Criticis habita sunt. Edit. rom. apud Rhenan. : *Quare, inquit, quaero tantum sororem suam stulte studere, Athenis, set.* Rhenanus ineptissime : *Quare invidit Romae historias suas?* Nic. Faber : « *Quare, inquit, quaero enim, cet.* Haec

LX. 19.) orta maxima indignatione, exclamare coeperunt *Io Saturnalia!* et ultro volentesque praetorem secuti sunt. — *L. Silanus*, Octaviae, Claudii filiae minoris, sponsus erat; quare Agrippinae, quae Neroni suo Octaviam uxorem dare statuisset, insidiis circumventus, a Vitellio, Censoris nomine serviles fallacias obtegente, incesti cum Iunia Calvina sorore sua accusatus, Senatorio ordine motus, et praeturam, qua eo anno fungebatur, abdicare coactus est, diremta simul a Claudio affinitate. Vid. Tacit. Annal. XII. 3 et 4. Die autem Claudii et Agrippinae nuptiarum mortem sibi ipse conscivit, sive eo usque spem vitae produxerat, seu delecto die augendam ad infamiam. Id. ibid. c. 8. Neque igitur proprie Claudius eum occiderat, sed quum infamia notatum eo illum adegerit, ut violentas sibi manus inferret, recte eum *occidisse* dici potest.

maluit Iunonem vocare. — Quare, inquit, quaero enim, sororem suam....? — Stulte, stude : Athenis

---

« est Codd. veterum lectio, recta fortasse, nisi quis malit legere « *studet*. Veteres enim omnes *stude* habent. » Turnebus (cuius lectionem commendat Fromondus) Advers. XVIII. 13: *Quare, inquit, quare sororem suam? Stulte stude : Athenis, cet.* Lipsius : *Quare, inquis; quare iniit sororem suam? Stulte, stulte, Athenis, cet.* Ian. Rutgersius Varr. Lectt. I. 9 : *Quare iniit, quaero enim, sororem suam? Stulte stude. Unde Athenis - totum?* Gronovius : « Video, quomodo Fromondus interpretetur. Sed malim *stulte istud*, nempe rogas. » Ruhkopfii hariolationes si quis legere cupit, adeat ipsnm. — Sed probe tenendum est, Herculem, quum impetum cum Claudio in curiam deorum faceret, se ei affore pollicitum fuisse. Videntur autem in lacuna illa dii ex Iovis permissu coepisse Claudium interrogare, Hercules vero, auxilium Claudio ferendum esse ratus, dixisse quaedam ad eum defendendum, unde explicanda fuerint illa dei cuiuscunque tandem initio huius capitis in eum

Inde Suet. quoque Claud. 29. *Silanus abdicare se praetura ante IV Kal. Ianuarias, morique initio anni coactus, die ipso Claudii et Agrippinae nuptiarum.* Dionis locus LX. 31. *τὸν Σιλανὸν, ὡς ἐπιβουλεύοντά οἱ, ἀπέκτεινεν*, merito suspectus est. — Quare vero Claudius dicatur Silano occiso Iovem, quantum quidem in illo fuerit, incesti damnasse, sequentia satis explicant.

Oro, propter quid? sororem suam-vocare. Sensus est: Et quae igitur tanta illi causa fuit damnandi Silanum? Sororem suam Silanus pro uxore habebat. Quasi scelus hoc esset! — Paradoxa sane haec verba sunt, nec mirum ad ea sive Herculem, sive Claudium ipsum interrumpere : *Quare, quaero enim, sororem suam..?* Satis quoque ex his intelligit deus, quo haec interrogatio tendat, et statim igitur respondet:

dimidium licet, Alexandriae totum. Quia Romae, 3
inquit, mures molas lingunt, hic nobis curva corri-

---

verba. Idem post verba *nec cor*, *nec caput habet* respondisse putandus est. Quidni igitur denuo Hercules ad hanc Claudii accusationem, adesse ei cupiens, haec obiiciat : *Quare*, *quaero enim*, *sororem suam*, scil. Silanus ille pro uxore habebat? alter vero ille deus eloqui eum non sinat, sed statim interrumpat; *Stulte*, *stude*, *cet.?* quod etiam illud *inquit* post *Romae* demum, non v. c. post *Stulte* positum probare videtur. Bene igitur equidem Codd. lectionem habere opinor; nemo saltem meliorem dedit. Unum pro *stude* Gronovii *istud*, facili mutatione, ad minuendam dei illius in Herculem acrimoniam, rescriberem, nisi omnium Codd. constans lectio *stude* esset. Mirabilis sane Sonntagii h. l. lectio videtur : *Quia Romae*, *inquis*, *mures molas lingunt?* — *Hic nobis curva corriget! rel.* Scilicet hic melius distinguendo sanationem loco afferendam putavit.

Stulte, stude : Athenis, cet. — *Quam omnes Venerem vocarent.* Erat Iunia Calvina *decora et procax*, t. Tacit. Annal. XII. 4. — *Iunonem vocare* i. e. pro uxore habere. Mariti enim blandientes uxorculas, ut observat Lips. Ep. ad Carr., *Iunones* appellabant, ad Iovis et Iunonis coniugium respicientes. Plaut. Cas. II. 3. 14. *Eia, mea Iuno! non decet te esse tam tristem tuo Iovi.*

Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. Cimon Atheniensis *habebat in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen; non magis amore, quam* MORE, *ductus. Nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere.* Nep. Cim. 1. cf. Eiusd. Praef. et Athen. XIII. p. 589. e. ibique Schwgh. Multus hac de re est Jan. Rutgers. Varr. Lectt. I. 9. Idem docemur ex Philonis loco, quem citat Nic. Faber ad h. l., ex quo constat, Atheniensibus eodem patre, Lacedaemoniis eadem matre, Aegyptiis vero iisdem et patre et matre natas in matrimonium

git. Quid in cubiculo suo faciat, nescio : etiam coeli scrutatur plagas, deus fieri vult. Parum est, quod templum in Britannia habet, quod e) hunc

---

e) *hunc barbari* legendum esse censebat Lipsius pro omnium Codd. lectione *nunc barbari*, eumque secuti sunt Editt. Vere, nec ne, quis dixerit, quum de sequentibus Graecis nihil certi affirmari possit. Sunt enim verba *Ἀλώρου φιλάτου χήιν*, ut vulgo editum est, foede corrupta; nec melius habent, quae in Cod. Sg. legit Orellius, *Μωρουνειλατουγυχηιν*. Hadr. Iunius in Cod. suo invenisse se *μωρούς κληρουχεῖν*, aut *μωραῦ* vel *μοροῦ ἀποχήν* s. *ἀποτυχίην* dicit. Gronovius *μῶροι Μόρυχον* vel *μωρότερον Μορύχου* legendum esse coniicit; de quibus vidd. Graeci Paroemiogr. Scripsi equidem *Μόρου φιλαιτάτου τυχεῖν* ex Lindemanni emendatione, qui recte monet «*adorare deum* dici, non item *orare deum*, nisi «ubi addatur, quid sit oratum, s. obiectum, ut loquimur.» Aperte igitur infinitivum in Graecis desiderari. (Cf. Zumpt. Lat. Gramm. 393. 615. sq.). Videtur autem illi versiculus trimeter ex Scenico aliquo poeta petitus :

Μόρου θέλοντες τοῦ φιλαιτάτου τυχεῖν.

Haec omnia satis sese commendant. Iam vero addit : «Cur au-

ducere licuisse. Plutarch. quoque Themist. 32. testis est, Archelotim, Themistoclis filium, duxisse Mnesiptolemem sororem *ὁμοπάτριον*.

3. *Quia Romae, inquit, mures molas lingunt, cet.* Sensus est : Quia Romae nimia licentia mures utuntur, ut qui molas nobis destinatas lingant, atque adeo reiiciant saepe tamquam non satis se dignas, eadem hic in nos uti, nostra facta diiudicare et curva nobis corrigere, sibi licere putat. Sic enim illa *mures molas lingunt* intelligenda esse censeo. Verba autem *curva corrigit*, quibus Plinius quoque Epist. V. 21. usus est, nullam difficultatem habere videntur. Mire locum explicat Fromondus : *Quia Ro-*

barbari colunt, et ut deum orant μόρον φιλαιτάτου τυχεῖν.

IX. Tandem Iovi venit in mentem, privatis a) intra

« tem hunc versum posuerit poeta (lege *Seneca*), patet recordanti, « Claudium boleto, delectabili sibi cibo, periisse. Acerbitas igitur « ex ambiguitate; *orant*, *quasi deum*, *ut mors iucundissima* « *contingat*, quod pariter de orantibus atque de Claudio intel- « ligi potest. » Haec pessime. De *boleto* illo in hoc ludo cogitandum non esse, satis indicavi in Annot. ad c. 2. verba *inter sextam et septimam* et c. 6. ad verba *cum eo venerat*. Quod vero ad ambiguitatem illam attinet, ne dicam quantopere aliena ab h. l., eademque infelicissima fuisset, in verbis eam neutiquam inesse puto. Non aliter quam de orantibus intelligi potest. Postremo hominibus non admodum mos erat, *mortem* sibi deprecari; quapropter μόρον h. l. non *mortem*, sed propria vocis significatione *sortem* intelligi velim.

a) *Tandem Iovi*. Cod. Sg. *Tantum Iovi*. — *intra curiam*. Mireris in hoc *intra* tot summi ingenii viros offendisse, et neminem

mae, *inquit*, *mures molas lingunt*, *quod minimi aut nullius delicti* (*i. e.*, *ob nulla Censura dignos defectus*) *hic* (*Claudius Censor*) *nobis curva* (*depravatos mores*) *corrigit*. Nec melius Turneb. Advers. XVIII. 13. — *Nobis curva corrigit*. Nempe Iovem, quantum quidem in illo fuerat, incesti damnaverat. — Sequentibus *Quid in cubiculo-nescio* notatur Claudii cum Agrippina matrimonium, quod ipsum incestum erat.

coeli scrutatur plagas est hemistichium versus apud Cic. de Div. II. 13. obvii. — *Templum in Britannia* habuisse Claudium testatur Tacitus Annal. XIV. 31. — De Graecis, quae sequuntur, vidd. Varr. Lectt.

IX. Iupiter finem deorum disputationibus imponit; sententias dici iubet. Primus Ia-

curiam morantibus sententiam dicere, nec disputare. Ego, inquit, P. C., interrogare vobis permiseram,

---

adhuc meliora docuisse. Rhenanus emendat *primateis intra curiam moranteis*. Nic. Faber post *disputare* fortasse verbum *licere* deesse putat, vel potius cum Pithoeo legendum *extra curiam* esse. Pithoeo assentitur quoque Fromondus. Gronovius, quocum facit Sonntagius: *sententias dici*, *indignum putare*. Nec meliora vidit Ruhkopf. Perperam omnes, inducti, ut videtur, sequentibus illis *illo dimisso*. Scilicet manet Claudius intra curiam, nec verba *illo dimisso*, ex curia illum dimissum indicant; sed intelligenda h. l. *in sermone dimisso*, uti apud Cic. Tusc. I. 31. Patet enim ex Augusti oratione, et ubi ipsum Claudium alloquitur, c. 10.: *Dic mihi*, *Divo Claudi*, *cet.*, et c. 11.: *Videte corpus eius*, etiam sententias diis ferentibus Claudium *intra curiam* morari. Lindemannum quoque video in eundem cum ceteris errorem raptum esse, pro *nec disputare* legendum esse *nefas putare*, docte quidem, sed tamen male, opinatum.

nus, proximus Diespiter, Vicae Potae filius, sententiam dicunt.

1. *Ego, inquit — permiseram.* Hac de re igitur in lacuna illa dictum fuisse videtur. – *Illo dimisso.* Claudio. Illum non amplius interrogant dii, sed iam ad sententias ferendas transeunt. Cff. Varr. Lectt.

designatus – postmeridianus Cos. Tribus modis h. locum explicandum proposuit Turnebus Advers. XVIII. 13. Eius interpretationem hic adscribere operae pretium videtur. «Ianus, inquit, *postmeridianus* est *Consul*, credo, quod, cum meridie plenum sit forum (nam hoc tempus πληθουσαν ἀγορὰν vocant), post meridiem frequentissimo iam conventu foeneratores aes locabant; quod Romae ad Ianum fiebat; vel potius, quod, cum Romani magistratus nihil serium post meridiem inchoarent et agerent, otiosus et supervacaneus esse videatur et non necessarius, sed imaginarius et in speciem Consul. Imo vero Consul potius

vos [b]) mera mapalia fecistis. Volo servetis disciplinam curiae. Hic, qualiscunque est, quid de nobis

b) *mera mapalia.* Cod. S. A. dedit *me rapamalia*, unde Hadr. Iunius *me rapatolem* legendum putat. Lipsii Cod. habebat *nupcialia.* «Nuptiales sermones, ait Lips., impuri et minime virginales. Quid autem, nonne eius notae multa in Claudium ante dicta? » Neque improbabile mihi videtur, haec Iovem voluisse : «Vos non nisi de rebus nuptialibus disputavistis.» Sed facilius *nuptialia* ex *mapalia*, non intellecta a librario hac voce, quam ex illo hoc corruptum fuerit. — Qui *mapalia* probant, Turneb. Advers. XVIII. 13. et XIX. 24. et Scaliger. ad Fest. praeeuntibus, ex Festo, qui *mapalia* de solute viventibus dici notat, hanc loci interpretationem fabricati sunt : «Vos dissoluti fuistis, et a disciplina recessistis, inconditeque et perturbate omnia egistis.» Et laudari ad ea proverbium *ex civitate rus* solet. Mihi quidem certe ex praecedentibus non *ex civitate rus* fecisse dii videntur; nec satis intelligo, quomodo *mapalia*, quum de solute viventibus, t. Festo, dicatur, de diis illis sine ordine in senatu disputantibus dici queat. Non enim dissolute vivunt, qui sine ordine loquuntur. Imo vero, quae

sero factus, ut nimium senex, iocose significatur. Seneca Nat. Quaest. III. 1. *Nunc vero ad rem seriam, gravem, immensam, postmeridianis horis accessimus.* i. e sero.» Cf. Fromond. ad Senec. l. l. — Notandum vero, quod additur, *in Kal. Iulias*, de quo mense Vid. ad h. ludi c. 7. 4.

ἅμα - ὀπίσσω. Hemistichium Homer. Iliad. III. 109.

— *ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω λεύσσει* —

quo prudentia prisco more significatur. Vid. ibi Heyne.

2. *iam, fama, mimum fecisti.* i. e. mimi argumentum fecisti; scil. indignissimi quique honorem hunc affectare audent; imo vero dii facti feruntur, nulla nostrae sententiae ratione habita. — *ἀροίρης - ἔδουσιν.* Hemistichium Hom. Il. VI. 142., uti illud quoque *ζείδωρος ἄρουρα*, apud Eundem frequenter obvium, e. g. Odyss. IX. 357.

c) existimabit? — Illo dimisso, primus interrogatur sententiam Ianus pater: is designatus erat in Kal.

---

praecedente capite leguntur, eiusmodi sunt, ut ridentium potius, quam iratorum et serio rixantium esse videantur; neque illud *Stulte*, etiamsi Herculi dictum censeas, ridendo dictum esse non potest. Quid, quod mirum videri deberet, Iovem, senatum habentem, eo usque a disciplina recedere deos sivisse, ut *mapalia fecisse*, illo sensu, dicendi essent, et *tandem Iovi in mentem venisse*, *privatis intra curiam morantibus sententiam dicere nec disputare.* Neque praeterea *mapalia* cum illo *mera* coniunctum mihi placet. Valde igitur suspectam hanc vocem habeo; quapropter *nugalia* (uti ap. Gell. IV. 1. et VII. 17. est) fortasse scriptum fuisse, certe melius legi censeo, quod facile in *magalia* sive *mapalia* abire potuerit. *Nugae* vero in senatu satis contra disciplinam curiae sunt, neque indignum Iove videtur, ut omnes illos sermones, et de se incesti a Claudio damnato, deque incestis illis matrimoniis *nugas* esse habeat dicatque. Sed obstat fortasse verbum *facere*.

c) *existimabit*. Emendat. Lips. Epist. ad Carr. Antea *existimavit*.

inter novos auctoratos. Auctorati sunt, qui se vendunt ludo gladiatorio; auctoratio enim dicitur venditio gladiatorum, tt. Acrone et Porphyr. ad Hor. Sat. II. 7. 59. *Novi auctorati* autem novitii, qui a lanistis exercebantur et aberrantes ferula vapulabant. Cf. Turneb. Advers. II. 20. et Lips. Saturn. I. 15. Metaphorice igitur h. l. novi auctorati dicuntur, qui recens inter *larvas*, i. e. noxias inferorum umbras, recepti sunt, vel (quod eodem fere redit) qui recens larvis, i. e. Furiis, cruciandi dediti sunt.

3. *Diespiter, Vicae Potae f.* Recte post Kortium et Sonntagium observavit Ruhkopf., *Diespitrem* h. l. Iovem esse non posse. Satis se commendare videtur Kortii coniectura, qui *Plutum* fortasse intelligendum esse coniecit; nam praeterquam quod ea quae l. nostro de eo

Iulias postmeridianus Cos., [d]) homo quantumvis vafer, qui semper videt ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Is multa 2 diserte, quod in foro vivat, dixit, quae notarius persequi non potuit, et ideo non refero, ne aliis verbis ponam, [e]) quae ab illo dicta sunt. Multa dixit de magnitudine deorum : non debere hunc vulgo dari honorem. Olim, inquit, magna res erat, deum

d) *homo quamtumvis vafer.* Sic recte emendatum a Beato Rhen. ad h. l. et Alciato Parerg. VI. 5. probantibus ceteris Editt., pro Codd. lect. corrupta : *homo quantum via sua fert.* — Graeca ἅμα - ὀπίσσω restituit ex Cod. sui vestigiis idem Rhenanus, qui *vivat* quoque, egregie affirmante Iunii Cod., emendavit pro eo, quod legebatur, *iuvat.*

e) *quae ab illo.* In edit. rom. legitur *quam quae ab illo*; haud male; sed illud *quam* a Codd. abest.

dicuntur, satis Pluto conveniant, haud male etiam *Vicae Potae* hic filius fingi videtur. Dicebatur enim Vica Pota a vincendo et potiundo ; vid. Cic. de Legg. II. 11. Cf. Voss. Etym. v. *Vica.* — Schegkius Praem. I. (Grut. Lamp. crit. Vol. IV. p. 889.) ex hoc Senecae loco efficiendum esse putavit, *Vica Pota* cognomen Iovis fuisse, perinde deum, non deam intelligi. «Ludit Seneca.» ait, «in isto ludo, ita tamen, ut servet decorum et morem, h. e., demonstret filium a patre, non matre.» Alii tamen hoc nomine *Victoriam* Romae ad forum templum habuisse docent. Cf. Drakenb. ad Liv. II. 7. et Hartung, die Religion der Römer. II. p. 256.

Consul nummulariolus, cet. Fromondus assentitur Turnebo, qui Advers. XVIII. 13. «*Diespiter*, inquit, *nummulariolus* vocatur, et *civitatulas vendere solet*, quod minutus esset foenerator et parvulas civitates haberet obaeratas, quarum nomi-

fieri : f) iam, fama, mimum fecisti! Itaque ne videar in personam, non in rem g) sententiam dicere, censeo, ne quis post hunc diem deus fiat ex his, qui ἀροῦρης καρπὸν ἔδουσιν, h) aut ex his, quos alit ζείδωρος ἄρουρα. Qui contra hoc SC. deus factus, dictus, pictusve erit, eum dedi larvis, et proximo munere

f) *Iam, fama, mimum fecisti.* Recte sic Orellius e Cod. Sg., qui *iam famam mimum fecisti* habet, acutam Rhenani coniecturam *iam fama mimum fecit* praeclare probans. Edit. rom. *fama minimum fecit.* Codd., t. Nic. Fabro, *fama nimium fecisti* habent; ita Cod. S. A. quoque Hadr. Iunii; at teste Ruhk. (Parisini fortasse?) *fecistis*, quae variis modis Editt. emendare frustra conati sunt. — Sequuntur in edit. rom. *etiam pessimum quemque illum affectare*, quae ab omnibus Codd. absunt, et merito tamquam glossa reiecta ab Editt. sunt.

g) *sententiam dicere.* Cod. Sg. *dicere sententiam.*

h) Verba *aut-ἄρουρα*, quae ob tautologiam tamquam glossam Heinsius et Schefferus eiici voluerunt, equidem cum Sonntagio et Ruhkopfio retinenda esse censeo. Mox *dictus* dederunt eum edit. rom. Codd. S. A. et Sg. et, t. Ruhk., Parisini aliquot; praeferendum vulgato *fictus* videtur.

na cum venderet vel delegaret, vendere civitatulas dicitur.» Sed merito Gronovius huic interpretationi adversatur, et laudatis plurimis veterum scriptorum locis, *civitatulas vendere* esse pretio accepto ius civitatum dare, in eas adscribere docet, atque illos adeo pungi, qui apud Claudium potentes tot hominibus, ingenti mercede accepta, iura Romanae et aliarum civitatum, in quas adscribi concupiissent, a principe impetrassent. — Diminutivo autem Seneca utitur, non, ut Gronov. putat, ridiculi gratia, sed venditorum istorum animi ratione habita; itaque cum contemtu quodam.

Itaque in haec verba censet. Intellexit nummulariolus, quid

inter novos auctoratos vapulare placet. — Proximus interrogatur sententiam Diespiter i) Vicae Potae filius, 3 et ipse designatus Cos. nummulariolus. Hic quaestu se sustinebat, vendere civitatulas solebat. Ad huncce belle accessit Hercules et auriculam ei tetigit. Itaque in haec verba censet: Quum Divus Claudius Divum Augustum sanguine contingat, nec minus Divam Augustam aviam suam, quam ipse deam esse iussit,

---

i) *Vicae Potae* dedit Nic. Faber ex duobus Codd., altero suo, altero Pithoei. Plerique cum ed. rom. male *Nicaepotae* habent. — *Nummulariolus.* Cod. Sg. habet *nummariolus*, sed vulg. praestat. — Sequentia *Hic quaestu - tetigit* bene habent, uti in edit. rom. legebantur. At Cod. Weissenb. Beati Rhen. habebat *ad hoc velle.* S. A. *Hoc quaestu - adhuc velle.* Sg. *Hoc quaestu - ad hunc velle.* Gronovius *Ad hunc sedulo accessit* emendandum esse putabat. — Porro pro *Itaque - censet* in Cod. Sg. legitur *Censet itaque in haec verba;* haud male, quum saepe Noster *itaque* secundo vel tertio loco ponat. — Idem *Claudius et Divum* habet, probante Orellio; sed part. *et* a ceteris Codd. et editt. abest, neque est quod recipiatur. — Pro *sitque e Republ.* edit. rom. *sitque necesse e R. P.* Voc. *necesse* omittunt Cod. omnes.

Hercules auriculam ei tangendo vellet, et spe lucri in haec verba censet: *Quum Divus Claudius, cet.* Patrem Claudii Caesaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem praenomine, Livia, quum Augusto gravida nupsisset, intra mensem tertium peperit: fuitque suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. t. Suet. Clud. 1.

4. *ad* μεταμορφώσεις Ovidii. Superstitionem Romanorum his oblique a Seneca rideri suspicor, ut ex hoc loco omnia illa, quae in Metam. traduntur, multi credidisse videantur. Eo enim quod Deus ille Claudii Apotheosin Metam. adiici iubet, cetera

longeque omnes mortales sapientia antecellat, sitque e republica esse aliquem, qui cum Romulo possit

— — *ferventia rapa vorare:*

4 censeo, l) uti D. Claudius ex hac die deus fiat, ita uti ante eum quis optimo iure factus sit : eamque rem ad μεταμορφώσεις Ovidii adiiciendam. Variae erant sententiae, et videbatur Claudius m) sententiam vincere. Hercules enim, qui videret ferrum suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat, et aiebat : Noli mihi invidere, mea res agitur : deinde si quid volueris, invicem faciam : Manus manum lavat.

X. Tunc Divus Augustus surrexit a) sententiae suo

l) *Censeo uti Divus.* Scribo *uti* cum Cod. Sg., probante Orellio, pro vulg. *ut.* — Mox *deus fiat* retineo propter sequens *factus sit*, quamvis Orellius melius cum Cod. Sg. *deus sit* legi censeat.

m) *sententiam vincere.* Sic legitur in Cod. Sg. Recepi, praeeunte Orellio; vulgata tamen *sententia vincere* recte quoque habet. Ciceronianum est *sponsionem vincere*, Caecin. 31. et 32., et *sponsione vincere*, Quint. 27., *iudicium vincere*, Verr. I. 53., et *iudicio vincere*, Rosc. Com. 18. — *et aiebat.* Sg. corrupte *adiebat.*

a) *sententiae suo loco dicendae.* Recte sic emendasse videtur Gronovius, quum antea cum Codd. legeretur *sententiae suae loco*

quoque, quae in iis libris canuntur, quasi Deorum iussu scripta, ideoque vera finguntur, vel potius habita significantur. Scripsit autem Seneca, uti notum est, librum de Superstitione. Cf. Proöem. p. 14 sq.

Manus manum lavat. Proverbium Graecum χεὶρ χεῖρα νίπτει. Vidd. Paroemiogr.

X. Augusti oratio in Claudium.

loco dicendae, et summa facundia disseruit. b) Ego, inquit, P. C., vos testes habeo, ex quo deus factus sum, nullum verbum me fecisse. Semper meum negotium ago. Sed non possum amplius dissimulare, et dolorem, quem graviorem pudor facit, continere. In hoc terra marique pacem peperi, ideo civilia bella compescui, ideo legibus urbem fundavi, operibus c) ornavi, ut..... Quid dicam, P. C., non invenio: 2 omnia infra indignationem verba sunt. Confugiendum

---

dic. Lipsius Cod. suo *sententiae suae dicendae* scribi iusserat. Cod· Sg. cum ceteris consentit.

b) *Ego, inquit, P. C., vos.* Haec egregie Cod. Sg. probante Orellio; antea *disseruit. P. C. vos.* — *Nullum verbum me fec.* Cod. Sg. *nullum me verbum fec.* — Mox pro *sed non possum* idem habet *et non p.*; male.

c) *ornavi, ut..... Quid dicam.* Hanc quoque lectionem ex Cod. Sg., qui dedit *ornavi ut quid dicam*, recte iubente Orell., rescripsi. Antea *ornavi? Et quid dicam*, quod iure languidissimum censet Orell.

1. *Terra marique pacem peperi.* Suet. Aug. 22. « Ianum Quirinum, semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum, in multo breviore temporis spatio, terra marique pace parta, ter clusit. » — *legibus fundavi.* Cf. Id. ibid. 32-40. — *operibus ornavi.* Id. ibid. 29. « Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel praecipua, Forum cum aede Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iovis in Capitolio. »

2. *Messalae Corvini, disertissimi viri.* De eo Cic. Brut. 70. « M. Messala minor natu quam nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborum; prudens, acutus,

est [d]) itaque a me ad Messalae Corvini, disertissimi viri, illam sententiam : Praecidit ius imperii! Hic, P. C., qui vobis non posse videtur muscam excitare, tam facile homines occidebat, [e]) quam canis adsidit.

---

d) *itaque a me - sententiam.* In Cod. Sg. legitur *itaque ad Messalae Corvini illam sententiam* : nec non probabile est, hanc veram esse lectionem; certe languida mihi quidem illa *a me* videntur, assentiente Iureto; verba autem *disertissimi viri* facile ex glossa in textum irrepsisse haberi possunt, quamquam recte cum Nic. Fabro statuas, Augustum, obscoeno verbo usurum, his verbis indignationem rei et Messalae auctoritatem excusavisse. — Quae sequuntur, *Praecidit ius imperii*, Codd. omnes praeter Sg. habent. Edit. rom. corrupte *periit ius imperii.* In Cod. Sg. legitur *pudet imperii*, quam lectionem memorabilem esse Orellius censet; etsi haud facile explicatu esse fateatur, cur aut verba tam plana *pudet imperii* ex oratione Messalae fuerint repetenda tamquam flosculus aliquis insignis eloquentiae, aut corrupta sint in longe minus vulgaria. Unde ei *pudet imperii* correxisse librarius, quum ductus exemplaris sui haud expediret, recte videtur. — Mox *qui vobis*, quod dedit Cod. Sg., praestat vulgato *qui nobis.* Recepi probante Orellio.

e) *Quam canis adsidit.* Sic Cod. Sg. t. Orellio. Mihi quidem vulgatae praeferenda videtur. Edit. rom habebat *quam canis frustum abscidit* (Codd. quorundam hanc lectionem fuisse, quod sit ex Sonntagio Ruhkopf., a nemine, qui quidem Codices viderit, notatum invenio), in quibus verbo *abscidit* probari quodammodo nostram lectionem putem; facile enim *frustum abscidit* ex *adsidit* corruptum fuerit. Rhenanus Cod. suum

minime incautus patronus, in causis cognoscendis componendisque diligens, magni laboris, multae operae multarumque causarum.» De eodem, Tibulli patrono ac contubernali, vid. Heyn. Obs. ad Tib. I. 3. 1. et Vulp. in Vita Tib. edit. Heyn.-Wunderl. pag. LXIV. item p. LXVI. sq. — *Praecidit ius*

Sed quid ego f) de tot ac talibus viris dicam? Non vacat deflere publicas clades, intuenti domestica mala.

---

secutus reposuit *quam caneis excidit*, quod quum merito ei displiceret, *canis exta edit* (non enim Gronovii emendat., uti falso ex eodem Sonntagio Ruhkopf.) legendum esse coniiciebat. Idem Alciato Parerg. VI. 5. videbatur, et receptum a plerisque Editt. est, dum quid melius suppeteret. Fromondus nominat. casu *canis excidit* legendum postea docuit, ut infelicissimus talorum iactus intelligeretur, cui nomen *canis* erat, quique idem facillime excidebat. Sic. Jan. Rutgers quoque Var. Lect. IV. 17. Et fateor quidem, multa eius interpretationem habere, quibus se commendet; sed vel sic tamen minus aptum Augusti in deorum curia verba facientis ori, et nimis ex improviso dictum mihi videtur. Accedit, quod, quamvis facillime in talis *canis* ille *excidat*, tamen facilius etiam canis animal *adsidit;* quare ad magnam facilitatem indicandam quoque melius convenire Cod. Sg. lectionem arbitror.

f) *de tot ac talibus viris* cum Cod. Sg. scribo, probante Orell. Neque est, quod cum Scheffero, qui ex Hadr. Iunii Cod. S. A. *de tot acribus viris* legit, ideo nomina virorum desideres. Intellige : quot et quales occidit. Edit. rom. pessime *de tot actibus iuris*, quae tamen rescripsit Ruhkopf. praeeunte Sonntagio.

imperii, i. e. castravit et enervavit ius imperii, ut recte Fromond. explicat. Videntur autem verba ex oratione aliqua Messalae esse.

tam facile - adsidit. Vid. h. ludi cap. sq. et 14. Cff. Historici ll. ibi citt.

3. *Etiamsi senescit.* Vidd. Varr. Lectt. — *sub meo nomine latens.* Ab Augusto omnes deinde Caesares appellatos *Augustos* fuisse, cuique notum est.

Duas Iulias proneptes meas. Altera Germanici, Claudii fratris, altera Drusi patruelis ex Livilla s. Livia, Claudii sorore, filia fuit. Fuerunt igitur Augusti proneptes. Illa, de qua supra

3 Itaque illa omittam, haec referam. g) Etiamsi Phormea Graece nescit, ego scio *ΕΝΤΙΚΟΝΤΟΝΥΚΗΝΔΙΗC* senescit. Iste, quem videtis, per tot annos

---

g) *Etiamsi - senescit.* Sic ex Mss. exprimendum curavit Nic. Faber. Cod. Sg. t. Orellio habet : *Nam etiamsi sormea — εντυσον τον νυκννλιης. Iste, cet.*, omisso verbo *senescit.* Critici in corruptissimo hoc loco emendando oleum et operam perdiderunt, nec quisquam adhuc satis probabilem lectionem dedit. Rhenanus coniecit : *Nam τῆς ὀργῆς aegre senescit ἡ νόσος,* laud. Graeco proverbio *ὁ θυμὸς ἔσχατὸν γηράσκει,* et deinde «ex qualibuscunque tandem vestigiis» e Cod. suo dedit : *Πυργοπολινίκης iste, quem, cet.* Hadr. Iunius, observato anxie, ut ait, characterum ductu, e Cod. S. A. : *Nam etiamsi φόρμιγγος nescit, ego scio, ἐντύνων τὸ Καλλίνικε Ἡρακλῆς. Iste, quem, cet.*, et satis evidenter sic se legisse affirmat. Sed quo sensu haec ad sententiarum nexum apta sint, ipse fortasse Iunius sciverit, vel Fromondus, qui pro *φόρμιγγος* legendum esse *φορμίζειν* opinabatur. Recte tamen Fromondo videbatur vox *graece* ex margine in textum immissa fuisse a librario, qui cum *phormea* aut *φορμίζειν* litteris latinis exarasset, graecis in exemplari suo scriptum fuisse, indicare voluerit. Kortii coni. erat : *Nam etiamsi Phormio* (notus ex Terentio) *graece nescit, ego scio; ἐντοικὸν κακὸν nec diis senescit;* qua usus Sonntag. pro *graece* legit *neces.* In hac emendatione recte Ruhk. sententiae ordinem laudans, usum tamen verbi Graeci *ἐντοικόν* desiderari observat. Koelerus, t. Ruhk., sic emendari voluit : *Etiamsi, P. C., oratio mea graece nescit, ego scio ἕν τι centum centies. Senecio iste, quem, cet.* Satis inepte profecto. Equidem locum saepius frustra tentatum feliciori ingenio relinquo.

ad c. 1. egimus, M. Vinicio, haec Neroni, Germanici filio, postea Rubellio Blando, nupta fuit; utraque Messalinae artibus interfecta. Vid. Dio Cass. LX. 8, 27 et 18. Tac. Annal. II.

sub meo nomine latens, hanc mihi gratiam retulit, ut duas Iulias, proneptes meas, occideret, alteram ferro, alteram fame : unum abnepotem, L. Silanum; videris Iupiter, [h]) an in causa mala, certe in tua si aequus futurus es. — Dic mihi, Dive Claudi, quare quemquam ex his, quos quasque occidisti, antequam de causa cognosceres, antequam audires, damnasti?

---

h) *an in causa mala, certe in tua si aequus futurus es.* Sic restitui ex Cod. Sg., qui t. Orellio habet *certe in tua si aecuos futurus es.* — Vulgatam *an in causa mala certe in tua, si hic inter nos futurus est* Gruterus, t. Gron., edit. rom. adscribit, in qua tamen Rhenanus legisse *an in tua certe mala* videtur. Quidquid est, Fromondus venustius putabat, si inverteretur *an in causa tua, certe mala*, attamen maioris mendi suspectum locum habebat. Gronovio lectio *an in causa mala, certe in tua* egregia videbatur; idemque deinde *Is hic - est?* legendum putabat. Sed quamvis locum explicet, tamen male ita eum habuisse censeo. Namque, si quid video, hac ratione locus enarrandus erat : Videris Iupiter, an in causa mala fuerit Claudius, cum occideret Silanum; certe in tua erat Silanus. Usus enim coniunct. *an* h. l. vetat, ne ad verba *in causa mala* intelligatur Silanus. Iam vero quis non videt, valde impeditum sic sententiae ordinem esse? Quare cum Fromondo maiore mendo locum laborare suspicabar, et laetus Cod. Sg. lectione ad eum emendandum usus sum. — Pessima est Ruhkopfii lectio : *Si hic inter nos futurus est, dic mihi, cet.* Modo Sonntagii, cuius verba ad h. l. rescripsit, lectionem quoque *Si hic - es, dic mihi* rescripsisset.

54. et VI. 15., III. 29. IV. 60. VI. 2 ˙. XIII. 32 et 43 et XIV. 63. Cf. Suet. Claud. 29.

De *L. Silano, Augusti abnepote*, vid. Lips. ad Tac. Annal. XIII. 1, ubi eius familiae illustrissimos quosque exsequitur. Plura de eo diximus supra

i) hoc fieri solet? in coelo non fit. XI. a) Ecce Iupiter, cui tot annos regnatum, Vulcano crus fregit, quem

Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο,

et iratus fuit uxori, et suspendit illam: numquid occidit? Tu Messalinam, cuius aeque avunculus maior

---

i) *hoc fieri solet?* Pro hac ceterorum Codd. lectione cum Cod. Sg., iubente Orellio, in eo fui ut scriberem: *hoc ubi fieri soleti?* sed, re perpensa, vulgatam, tamquam optimam, retinendam, et voc. *ubi* a manu correctoris esse puto.

a) *Ecce Iupiter, cet.* Mirum mihi videtur, neminem adhuc in hunc locum offendisse. Haec enim, quid ad praecedentia faciunt? Non ostendunt in coelo fieri non solere, ut damnentur rei, antequam audiantur; quod tamen exspectes post illud *Ecce.* Veruntamen, ne turbatum aliquid esse statuas, omnium Codd. consensus vetare videtur; quare vitio scriptoris equidem tribuendum puto. — *cui tot annos regnatum.* Sic cum Hadr. Iunio, probante Fromondo, scribo ex Cod. S. A., qui habet *quoi-regnatum.* Rell. *qui-regnat*, *uni.* Sed illud *uni* molestum est. — Pro *Vulcano* Sg. *Volcano.*

ad c. 8. — *Antequam audires, damnasti.* Cf. Suet. 29.

XI. Continuatio. Claudius damnatur.

1. *Vulcano crus fregit-illam.* Fabula nota ex Apollod. II. 7. 1. Attingitur Hom. Il. 1. 591., unde desumtus versus graecus est, et ibid. XIV. 249. et XV. 17. sqq.

Messalinam, cuius aeque-quam tuus. Scil. Octavia, Augusti soror, ex M. Antonio genuit Antoniam maiorem, et haec ex Domitio Aenobarbo Domitiam Lepidam, quae mater fuit Messalinae. Fuit igitur Octavia huius proavia, et Augustus eius avunculus maior. Eadem vero Octavia Antoniae minoris quoque mater fuit, quae ex Druso, Augusti privigno, Claudium genuit. Vid. Lips. ad Tacit. Annal. XI. 37. Unde,

eram quam tuus, occidisti. Nescio, inquis? Dii tibi malefaciant! adeo b) istud turpius est, quod nescis, quam quod occidisti. Iste C. Caesarem non desiit 2
mortuum persequi. Occiderat ille socerum, hic et

---

b) *istud.* Cod. Sg. *istuc.* Mox *quod nescis.* Sg. *quod nescisti;* male. — Porro *Iste C. Caesarem.* Sg. om. *iste.* — Quod sequitur *persequi*, habent editt. Sonntag. et Ruhkopf.; unde non dicunt; sed consentit t. Orellio Cod. Sg. In editt. rom., Erasm., Lips., Morell. et Gronov. legitur *prosequi.*

quum Octavia Claudii avia materna fuerit, Augustus eius avunculus magnus proprie, non maior fuit. Sed Suet. quoque Aug. 7. et Claud. 3. ac Vell. Patere. II. 59. *avunculum maiorum* pro *magno* dixerunt.

Avunculum Claudii Augustum dicit Noster Cons. ad Polyb. 34.

Nescio, inquis? Simplicissime, sed eo maiore vi Seneca significat Claudii, quam t. Suet. c. 39. in eo mirati sunt homines, oblivionem et inconsiderantiam, μετεωρίαν et ἀβλεψίαν, quae notabiles imprimis in Messalinae caede fuerunt. « Occisa enim, ut ait Suet. l. c., Messalina, paulo post, quam in triclinio decubuit, *cur domina non veniret*, requisivit.") Cf. Tacit. Annal. XI. 38.) Sed et saepius: *Multos ex his quos capite damnaverat, postero statim die et in convivium et ad aleae ludum admoneri iussit: et quasi morarentur, ut somniculosos per iuntium increpuit.* Suet. l. l.

2. *Occiderat ille socerum.* M. Silanum, cuius filiam Iuniam Claudillam duxerat C. Caesar. Vid. Suet. Calig. 12.; de eius caede Id. ibid. 23. — *hic et generum.* Intellige: hic et socerum et generum. De *socero* infra quoque h. cap. *occidit socerum suum Appium Silanum.* Cff. Suet. Claud. 29. et Tacit. Annal. XI. 29. Fuit Appius Silanus Messalinae vitricus t. Dione Cass. LX. 14.,

generum. c) Caius Caesar Crassi filium vetuit Magnum vocari : hic nomen illi reddidit, caput tulit. Occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, Tristioniam, Assarionem, nobiles tamen : Crassum vero

---

c) *Caius Caesar Crassi f.* Cod. Sg. habet : *C. Crassi f.* Haud male; modo legas *Caius Crassi f.* — *Crassum*, *Magnum.* Distinguo, praeeunte tacite Lipsio ad Tacit. Hist. I. 48. cf. Annot. Vulgo *Crassum Magnum.* — Mox pro *Tristioniam* id. *Tristionias*, quod si recte haberet, numerus, ni fallor, additus fuisset.

et inde Claudii socer; sed eiusdem consocer quoque fuit uti ap. Suet. 29. audit, quia L. Silani, Octaviae sponsi, pater. Vid. supra ad c. 8. — *C. Caesar Crassi filium - reddidit.* Suet. Calig. 35. Dio Cass. LX. 5. — *caput tulit.* Suet. Claud. 29.

Occidit - Crassum, Magnum, cet. « *Crassum Magnum* generum, qui a patre M. Licin. Crasso cognomen Magni acceperat, Cf. ad Tacit. Hist. I. 14. et 48. Intpp. » Ruhkopf. Pessime. Primum non *gener* Claudii fuit Crassus, sed *socer eius filiae, fatuus* ille, de quo infra *frugi hominem, tam similem sibi. auam ovo ovum;* deinde falluntur aperte Intpp. ad Tacit. II. II. Etenim coll. I. nostro cum illis facillime efficitur, admodum errare Lipsium, qui ad priorem Tacit. locum Pisonis patrem fuisse *M. Crassum Frugi, qui sub Nerone consul fuit cum C. Lecanio Basso*, suspicatur. Scilicet Tacit. priore l. *Pisonem Licinianum* dicit *M. Crasso ex Scribonia genitum :* Id. altero l. : *Fratrescius* (Pisonis) *Magnum Claudius, Crassum Nero interfecerant.* Iam quid clarius est, quam Pisonis patrem esse hunc nostrum Crassum, quem Seneca quoque mox non tantum maritum *Scriboniae* fuisse indicat, *socerum filiae suae Cras-*

tam fatuum, ut etiam regnare posset. [d]) Cogitate, P. C., quale portentum in numerum deorum se recipi cupiat. Hunc nunc deum facere vultis? Videte cor- 3

d) *Cogitate, P. C., cupiat.* — Haec verba a Codd. Weissenb. et S. A. abesse notarunt Rhenan. et Iunius. Reliqui tamen tuentur; neque est quod reiiciantur. — Post *cupiat* edit. rom. habet: *Principes pietate et iustitia dii fiunt; scilicet, hic pius est iustus, quoniam Druidarum immanem religionem advexit, nostram prorsus exstirpavit, ut Romae nuptiarum sacra essent, quibus ipse, cum sibi Agrippina nuberet, XXX Senatoribus, innumeris Equitibus Romanis mactatis, principium dedit.* Quae, ut interposititia, ita etiam falsa esse, iam N. Faber observavit, et merito Editt. e textu eiecerunt. Impeditus tamen hic orationis locus mihi videtur, ut nonnulla excidisse admodum suspectum habeam.

sum - Scriboniam socrum filiae suae, sed etiam patrem Cn. Pompeii *Magni*? Eundem Suet. Claud. 17. *Crassum Frugi*, Noster *frugi hominem* dicit. Est igitur hic *M. Crassus Frugi*, quem e gente Calpurnia in gentem Liciniam transiisse, ex cognomine *Frugi* apparet. Eundem esse, qui Tac. Annal. IV. 62. *M. Licinius*, Consul sub Tiberio cum L. Calpurnio, memoratur, quamvis satis probabile sit, non constat. Cognomen *Magni* ei fuisse, non aliunde patet, nec verosimile est; (quare distinguo inter *Crassum* et *Magnum*, ut ille pater, hic filius sit). Eius filii memorantur *Cn. Pompeius Magnus*, *M. Licinius Crassus*, *Piso Frugi Licinianus*, et qui Tac. Hist. I. 47. Pisonis *frater Scribonianus*, ibid. 48. *frater maior*, ibid. IV. 39. *Scribonianus Crassus* dicitur. Ex his *Cn. Pompeius Magnus* in gentem Pompeiam transiisse, indeque cognomen *Magni* accepisse videtur, non a patre Crasso. Claudii *gener* fuit, et ab eo interfectus, ut supra vidimus. *M. Licinius Crassus*, idem verosimiliter, qui Tac. XV. 33. *M.*

pus eius, diis iratis [e]) natum. Ad summam tria verba cito dicat, et servum me ducat. Hunc deum quis colet, [f]) quis credet? Dum tales deos facitis, nemo vos deos esse credet. Summa rei, P. C., si honeste inter vos gessi, si nulli durius respondi, vindicate iniurias meas! Ego pro sententia mea hoc censeo (at-
4 que ita ex tabella recitavit) : Quandoquidem Divus

---

e) *natum. Ad summam - ducat.* In Cod. S. A. corrupte legebatur *natum ad summa Tria cito dicat. Hunc, rell.* Iunius pro *servum me ducat* legendum fortasse *in nervum me ducat*, Ioann. Chauco praeeunte, putabat. Sed emendatione non opus esse arbitror, quamvis Nic. Fabro quoque vox *servum* delenda visa fuerit, quod verbum *ducere* per se hanc significationem haberet. De quo tamen vid. supra ad c. 6.

f) *quis credet? Dum tales.* Edit. rom. habebat *quis credet in eum?* Male. Rhenan. et post eum omnes Editt. : *quis credet? denique dum tales.* Cod. Sg. consentit cum Cod. Weissenb. legente : *quis credet? Dum tales.* Vocem igitur *denique*, qua facile carere possumus, eiiciendam curavi. — Mox pro *durius respondi* Sg. corrupte *clarius respondi.*

Licinius, Consul cum C. Lecanio Basso, memoratur, occisus a Nerone est. Huic cognomen *Frugi* fuisse non videtur. *Piso Frugi Licinianus* (Cf. Suet. Galba 17.) antea in gentem Calpurniam transiisse videtur, postea a Galba adoptatus interiit. *Scribonianus Crassus*, maior Pisonis frater, ex gente Scribonia a Crasso Frugi, ut apparet, adoptatus, sub Vitellio adhuc in vivis erat. Ita rem sese habere videmus. Lipsii autem error eo magis mirabilis est, quod ipse, ad alterum Taciti locum, hunc nostrum locum citat, Crassumque, Pisonis fratrem, miratur ibi a Nerone interfectum dici, quasi Seneca eundem illum a Claudio occisum assereret. Ne-

Claudius occidit [g]) socerum suum Appium Silanum, generos duos, Pompeium Magnum et L. Silanum, socerum filiae suae, Crassum, frugi hominem, tam similem sibi, quam ovo ovum, Scriboniam, socrum filiae suae, Messalinam, uxorem suam, et ceteros, quorum numerus iniri non potuit : placet mihi in

---

g) *socerum.* Sic recte e Codd. restituit Nic. Faber, cum ante eum legeretur *consocerum*, cui lectioni causam dederit Suet. Claud. 29. — Pro *Pompeium Magnum.* Sg. *Magnum Pompeium*, et paulo post pro *Messalinam ux. suam* legit *ux. suam Messal.*

que tamen Gronovius eum reprehendit. — *Tristionia* et *Assario* ignoti nobis, nisi ex h. l. — *tam fatuum - posset.* Supra c. 1. prov. est : *Aut regem aut fatuum nasci oportet.*

3. *Tria verba cito dicat.* Significatur rursus Claudii linguae titubantia. Brisson, de Form. p. 374. intelligenda h. l. solennia verba *hic meus est* suspicatur, quae usurpabant ii, qui servum manu iniecta sibi vindicarent.

ex tabella. Fuit enim hic, t. Suet. Aug. 84. Augusto mos. *Instituit*, inquit, *recitare omnia. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Livia sua graviores non nisi scriptos, et e libello habebat; ne plus minusve loqueretur ex tempore.*

4. *Frugi hominem.* Ludit Seneca, ut recte observat Fromond., cognomen Crassi, qui *Crassus Frugi* vocabatur, ut vidimus. - *tam similem - ovum.* i. e. aeque fatuum. Proverb. vid. Erasm. Adag. I. 510. Attingitur Cic. Acad. IV. 17 et 18. — *Ceteros - potuit.* cf. Suet. Claud. 29.

rerum iudicandarum vacationem. Pithoeus Advers. II. 20. (Gruter. Lamp. crit. Vol. II. p. 803. eqq.) rerum prolationem h. l. a Seneca *vacationem* appellari putat, sed merito tamen loci interpretationes suas inde profectas, quamvis eas

eum severe animadverti, nec illi rerum iudicandarum [h]) vacationem dari, eumque quamprimum exportari, et coelo intra dies XXX excedere, Olympo intra diem tertium. — Pedibus in hanc sententiam itum est. Nec mora, Cyllenius illum collo obtorto trahit [i]) ad inferos,

Illuc, unde negant redire quemquam.

---

h) *vacationem.* Unus Curionis Cod., a ceteris dissentiens, hic *vocationem* dedit, unde ipse *advocationem* legi volebat. Sed vulgatum recte tuentur Editt. — *intra dies XXX.* Cod. Sg. *inter triginta dies;* male. Corrupte quoque in edit. rom. h. l. legebatur : *exportari coelo, intra dies XXX excedere Olympo, intra diem tertium terras.* Cod. Weissenb. *infra diem tertium*, e quibus Rhenanus fecit *intra diem terra.* Nostram dedit e Cod. S. A. Hadr. Iunius.

i) *ad inferos, Illuc unde, cet.* Edit. rom. corrupte *ad inferos e coelo, unde, cet.*, cum qua consentit tamen Cod. Sg.; tantum pro *e coelo* habet *a coelo.*

probent Gruterus et Fromondus, non admodum sibi probari fatetur. Eadem fortasse ratione h. l., qua apud Nep. Att. 7 et Cic. Coel. 2., explicandum esse censeo; uti enim ibi *aetatis* et *adolescentiae vacatio* est liberatio, quae aetatis et adolescentiae causa obtinetur, sic h. l. *rerum iudicandarum vacatio* est liberatio rerum iudicandarum gratia, qua alicui reo facultas datur se defendendi. Hanc igitur Claudio negari placet Augusto, iure, quum eadem ratione ille quam plurimos damnavisset.

Collo obtorto. Usurpabatur de iis, qui vi ad supplicium trahebantur. Cf. Cic. Verr. IV. 10. Plaut. Poen. III. 5. 45. Quomodo id fieri solitum fuerit, ex Suet. Vitell. 17. docendum putat Fromondus. — *Illuc-quemquam.* Versus est Catull. de morte passeris III. 12.

XII. Dum descendunt per viam sacram, interrogat Mercurius, quid sibi velit ille concursus hominum? num Claudii funus esset? Et erat omnium formosissimum et [a]) impensa cura, plane ut scires deum efferri, tubicinum, cornicinum, omnisque generis sonatorum tanta turba, tantus concentus, ut etiam Claudius audire posset. Omnes laeti, hilares! P. R.

a) *impensa cura, plane ut.* Sic cum Orellio ex Cod. Sg. rectius legi puto, quam vulg. *impensa cura plenum, ut.* — Pro vulg. *tibicinum* Sg. *tubicinum* dedit; haud male, quum de magno sonitu agatur, et *tubicines* praeterea imprimis in funeribus adhiberi solitos fuisse pateat ex Petron. 129. *mittere ad tubicines.* — Mox *sonatorum* habet edit. rom., quacum consentit Cod. S. A. Recepi hanc vocem cum Sonntagio, quamvis non alio loco occurrat, tamquam solam l. nostro aptam. Vulg. *sonatorum* quod Codd. fere omnes, Sg. quoque, habent, ineptissime non tantum rescripsit, sed etiam tamquam optimum explicat Ruhkopf. Beati Rhen. coni. *aenoatorum* plerique Editt. receperunt. — *Concentus* Lipsius malebat, merito probante Scheffero, pro vulg. *conventus*, quod etsi ferri possit, tamen *concentus* sequentibus requiri videtur, et ab eodem qui *sonatorum* corruperit, hoc quoque mutatum fuerit.

XII. Mercurius Claudium ad inferos ducit; obviam iis Claudii funus fit.

1. *Per viam sacram*, Romae frequentissimam, qui maximo aut honore aut dedecore afficerentur, vecti fuisse traduntur. Cf. Adleri Romae descript. p. 61. sq.

2. *Agatho*, qui princeps quidam eo tempore causidicus fuisse ex h. l. videtur, non aliunde nobis notus est. — *plorabant, sed plane ex animo.* Causidicis sane erat quod plorarent, Claudio iis erepto, qui studiis eorum faverat. Hos cum contemtu dici patet e Cicerone

2 [b]) ambulabat tamquam liber. Agatho et pauci causidici plorabant, sed plane ex animo. Iurisconsulti e tenebris procedebant, pallidi, graciles, vix habentes animam, tamquam qui cummaxime reviviscerent. Ex his unus quum vidisset capita conferentes, et fortun a suas deplorantes causidicos, accedit et ait : Dicebam
3 vobis, Non semper Saturnalia erunt. — Claudius, ut

---

b) Pro *ambulabat* Cod. Weissenb. *ambulat.* Rhenanus malebat *iubilat* vel *iubilabat.* — Pro *Agatho* legendum *Matho* ex Iuven. Sat. I. 32. coniecit Iunius, quem recte refellit Fromond. — *habentes animam.* Sg. ordine inverso *animam habentes.* Idem pro *reviviscerent* habet *revivescerent.*

et Quintil. XII. 1. 27., quo referre licet *advocatorum perfidiam*, cuius Tacit. Annal. XI. 5. meminit. Infra vs. 54. *venale genus* appellantur. Lucrum itaque ploratus causa fuit. Nam quum lex Cincia vetuisset, ne quis ob causam orandam pecuniam donave acciperet advocatus causidicusve (cf. Tacit. l.l. et Schulting. Iurispr. anteiustin. p. 561. ed. Lips.) Claudius iis permisit, ut usque ad dena sestertia sumerè possent. Tacit. l.l. c. 7. Cf. Burmann. ad Ovid. Amor. I. 13. 21. Runkopf. Ceterum de Claudii in eos favore et patientia vid. supra c. 7.

Iurisconsultorum igitur nullus fere sub Claudio usus, nullus honor fuisse videtur. T. Suet. Claud. 14. Claudius non semper praescripta legum secutus, duritiem levitatemque multarum, ex bono et aequo, perinde ut afficeretur, moderatus est. — *Non semper Saturnalia erunt.* Cf. supra c. 8. ibique Annot.

3. *Intellexit se mortuum esse, cet.* Pulchre haec de fatuo illo : intellexit se mortuum esse, ubi naeniam hanc cantari

vidit funus suum, intellexit se mortuum esse. Ingenti enim c) μεγαληγορίᾳ naenia cantabatur anapaestis:

Fundite fletus, *Edite planctus,*
Resonet tristi *Clamore forum:*
Cecidit pulchre *Cordatus homo,*
Quo non alius *Fuit in toto*
Fortior orbe. *Ille citato*
11. *Vincere cursu* *Poterat celeres,*
Ille rebelles *Fundere Parthos,*

---

c) μεγαληγορίᾳ *naenia.* Sic recte restituit Iunius e Cod. S. A. qui corrupte dedit μεγαλογορικω. Ceteri Codd. t. Nic. Fabro μεγαλοκορικονεντα; unus Paris. Cod. t. Ruhk. μεγαλω χορικονεντα.

vs. 2. *Edite planctus.* Post haec vulgo sequitur *fingite luctus*, quem versum, quum omittant Codd. S. A. et Sg., quumque ceteris in hac naenia non respondeat, eiiciendum curavi. Cod. Weissenb. habebat, *fugite mugitus.* Rhenanus coni. *iungite questus.*

audivit, quasi summi cuiusdam viri laudes canerentur. De se igitur carmen esse, minime dubitandum putavit, quo tamen *ingenti iactantia,* uti festive additur, ita laudabatur, ut nemo risui temperare potuerit. Uti enim vs. 5-23 vi oppositi ridetur, ita vs. 24-34. ridicule omnia augentur; ceteris vero tamquam virtutes eius celebrantur quae maximo dedecori ei fuerant. — vs. 5-6. *Cecidit-homo.* Cff. quae supra c. 4. de eius morte dicta sunt. Satis feliciter Seneca de Claudio verbis *cordatus homo* utitur; sunt nempe eadem verba Ennii de Aelio Sexto apud Cic. Tusc. I. 9., ad quem locum vid. Kühner.

vs. 7-9. cf. Suet. Claud. 10. et 36. sq.

vs. 10-23. cf. Id. ibid.

Levibusque sequi *Persida telis*,
Certaque manu *Tendere nervum*,
Qui praecipites *Vulnere parvo*
21. *Figeret hostes*, *Pictaque Medi*
Terga fugacis. *Ille Britannos*
Ultra noti *Litora ponti*,
Et caeruleos *Scuta Brigantas*
Dare Romuleis *Colla catenis*
31. *Iussit*, *et ipsum* *Nova Romanae*
Iura securis *Tremere Oceanum.*
Deflete virum, *Quo non alius*

---

vs. 6. *Cordatus homo.* Vulg. lectio bene habet. Codd. t. N. Fabro corrupte *cordatus Iano.* Rhenanus inde *Sino* legendum putabat, ut Claudius Sinoni illi Virgiliano calliditate par significaretur. Unus ex Pariss. Codd. t. Ruhk. habet *cordatus avo.*

vs. 28. *Scuta Brigantas.* Sic Codd. omnes. Ios. Scaliger et Buchananus *Scotobrigantas* emendarunt, quam tamen emendationem haud probabilem esse, recte observat post Fromondum Ruhkopf.

30. Dio Cass. LX. 2. — *Parthos* sub Claudio rebellasse narrat Tacit. Annal. XII. 44. — *Vulnere parvo.* Sagittae, cuius acies exilis, acuta et angusto vulnere penetrabilis. Fromond. *Pictaque-fugacis.* Quia pictis sagulis amicti, aut quia picta et imaginosa scuta in terga reiiciebant fugientes. Idem.

vs. 24-34. *Britannos* tumultuantes expeditione petivit Claudius tt. Suet. 17 et Dione Cass. LX. 21. Suet. sine ullo proelio aut sanguine intra paucissimos dies partem insulae in deditionem acceptam narrat, Dio proelio a Claudio fusos Brittannos. Cff. Intpp. ad Dion. l. l. — *Caeruleos scuta Brigantas.* Fromondus lectionem defendens valde probabile pu-

Potuit citius *Discere causas*,
Una tantum *Parte audita*,
41. *Saepe et neutra.* *Quis nunc iudex*
Toto lites *Audiet anno?*
Tibi iam cedet, *Sede relicta*,
Qui dat populo *Iura silenti*,
Cretaea tenens *Oppida centum.*
51. *Caedite moestis* *Pectora palmis*,
O causidici, *Venale genus*;
Vosque poetae *Lugete novi*,
Vosque imprimis, *Qui concusso*
Magna parastis *Lucra fritillo.*

Mihi quidem non displicet, quamvis hanc quoque reiiciat Fromondus, Iunii coniectura, qui *cute Brigantas* legendum censet, laudd. Caes. Bell. Gall. V. 14. Plin. XXII. 1. Herodian. III. et Tacit. Agric. 11.

vs. 41. *Saepe et neutra.* Sg. omittit vocem *et*, quae tamen ratione metri anapaestici requiritur.

tat, Brigantas (qui Walliae in Anglia incolae fuisse existimantur) etiam scuta ad terrorem augendum colorasse. Mihi quidem non admodum placet, et *scuta caerulea* vix memoratu digna videntur. De *cute* constat. Cff. Varr. Lectt. — *ipsum - Oceanum.* Suet. l. l. *Inter hostilia spolia navalem coronam fastigio Palatinae domus, iuxta civicam, fixit, traiecti et quasi domiti Oceani insigne.*

vs. 43. 14. *Toto - anno.* Vid. supra ad c. 7.

vs. 54 - 56. *venale genus.* Tacit. Annal. XI. 5. *Nec quidquam publicae mercis tam venale fuit, quam advocatorum perfidia.* — *Poeta - novi.* Eos-

XIII. Delectabatur laudibus suis Claudius, et cupiebat diutius spectare. Iniicit illi manum [a]) Talthybius deorum, et trahit capite obvoluto, ne quis eum possit agnoscere, per campum Martium: et inter Tiberim et viam tectam descendit ad inferos.

---

a) *Talthybius deorum. Τὸ nuntius*, quod vulgo post *deorum* sequebatur, deleri Camdenus iam volebat, t. Iureto, ut intelligeretur Mercurius, et ipse deorum nuntius significaretur. Eadem Gronovii sententia fuit, qui vocem pro manifesto additamento expunxit. -- *tectam.* Sic Codd. omnes t. N. Fabro; consentit Sg.; non *rectam*, quam edit. rom. lectionem nostrae postponendam esse egregie docet ex Ovid. et Martial. Gronovius.

dem notavit Noster c. 2. Eadem Claudius in eos, qua in causidicos istos, usus fuerit patientia.

XIII. Claudii adventus in Orcum.

1. *Talthybius deorum* venuste dicitur Mercurius, quia eodem munere inter deos fungebatur, quo Talthybius inter Graecos ad Troiam. Cf. Hom. Il. I. 320. sq. Ovid. Her. III. 9. sq.

inter Tiberim - descendit ad inferos. Kortius h. l. Portam stercorariam intelligendam esse censebat, et soli Claudio fortasse ibi descensum ad inferos fuisse; quod probant Sonntag. et Ruhk. quorum hic *viam tectam* viam sacram esse affirmat, quam inter et Tiberim porta stercoraria fuisset. Mihi quidem ea minime probata sunt. Descenderant per *viam sacram* (vid. c. 12.); ducit iam Mercurius *per campum Martium* Tiberim versus; nec facile putandus est rediisse ad Forum Romanum, in qua regione pone Vestae templum erat Porta stercoraria. v. Festus in voc. *stercus* et *quando*. Aliam quandam igitur *viam tectam*, alibi Claudii descensum in Orcum fuisse putem. Multis quidem locis veteres ostium Or-

Antecesserat iam [b]) compendiaria Narcissus libertus ad patronum excipiendum, et venienti nitidus, ut erat a balineo, occurrit, et ait: Quid dii ad homines? [c]) Celerius, inquit Mercurius, et venire nos nuntia.

---

b) Post *compendiaria* vulgo legitur *via*, quam vocem, probante Orellio, ex auctoritate Codd. S. A et Sg. eieci. *Narcissus lib.* In edit. rom. et Erasm. sequitur *dominus domini*, quae verba ab omnibus Codd. merito absunt.

c) *Celerius*, *inquit.* Ruhk. ex uno Cod. Paris. legit *Celerius i*, *inquit.* Editt. rom. et Erasm. habent *celerius praecedito;* sed verbo non opus est, et vulgata optime habet. — Deinde post *venire nos nuntia* vulgo legitur *Ille autem patrono plura blandiri volebat : quem Mercurius iterum festinare iussit, et virga morantem impulit.*, quae quum a Codd. S. A. et Sg. merito ommittantur, expungere haud dubitavi. Interposita esse patet ex verbis sequentibus *Dicto citius, cet.* — *Proclina.* Sg. *proclivia.*

ci esse putarunt. vid. Turneb. Advers. XIX. 24.

Narcissus. Hic omnium potentissimus Claudii libertus ex h. l. intra tricesimum diem post Claudium obiisse videtur; quod princ. l. XIII. Annal. satis Tacitus quoque indicat, uti recte observat Fromond. — *Compendiaria.* Intellige h. l. solitam viam, quam non secutus Claudius erat. — *nitidus-a balineo.* Scil. Agrippina, Claudium interfectura, hunc eius libertum, quem magnopere verebatur, in Campaniam missum, praetexta ut aquis ibi contra podagram uteretur, removerat t. Dione Cass. LX. 34.

2. *Bellua centiceps.* Verba Hor. Od. II. 13. 34. — *non - occurrere.* Iisdem fere verbis utitur Iuven. Sat. V. 53. de Mauro: *Et cui per mediam nolis occurrere noctem.*

3. Εὑρήκαμεν, συγχαίρωμεν solennia verba sunt, proclamari solita in sacris Osiridis, Deo

2 Dicto citius Narcissus evolat. Omnia procliva sunt, facile descenditur. Itaque quamvis podagricus esset, momento temporis pervenit ad ianuam Ditis, [d]) ubi iacebat Cerberus, velut ait Horatius, bellua centiceps, sese movens, villosque horrendos excutiens: pusillum

d) *ubi iacebat Cerberus, velut ait Horatius, bellua centiceps.* Sic recte mihi quidem Codd. Weissenb. et Sg. et editt. rom. et Erasm. habere videntur, Sonntag. cum editt. Lips., Morell. et Gronov. legit : *ubi iacebat, ut ait Horatius, bellua centiceps.* Lipsius in Epist. ad Carr. aliquid turbatum esse putans, coniiciebat legendum : *ubi iacebat Cerb. triceps, vel ut ait Hor. cet.* Ruhk. ex uno Cod. Paris. dedit : *ubi iacebat Cerb., vel, ut ait Hor., cet.* — Sequentia *sese movens - excutiens* omittuntur a Codd. Weissenb., S. A., Sg. et Ruhkopfii Paris. omnibus. Quum vero edit. rom., quae ea dedit, plurimis locis interpolatam esse pateat, lubenter ea eiicerem.

invento. vid. Firmicus de Error. profan. relig. statim init. et Schol. in Iuven. Sat. VIII. Nic. Faber. — Festive iis verbis utitur Seneca. Quaerebatur enim, ut ait Schol. l. l. ad vs. 29., Apis bos in sacris singulis annis cum magno totius populi luctu; inventum autem magna laetitia et plausu salutabant, eundemque per urbem incedentem magnus grex puerorum carmen eius honori canentium insequebatur.

C. Silius. Huic *iuventutis Romanae pulcherrimo* (Tacit. Annal. XI. 12.) Messalina, vivo Claudio marito, palam nupserat. *Consul designatus* erat t. Eod. ibid. 6. — De *Sex. Traulo* Montano vid. Id. ibid. 36., de *Trogo*, ibid. 35., de *Vectio Valente* ibid. 30., 31. et 35.; medicus hic fuit (Plin. XXIX. 1.) *Cotta* fuisse Cotta Messalinus, Messalae oratoris filius (Plin. X. 22.), Lolliae patruus maior (Tacit. XII. 22.) videtur; quem *saevissimae cuiusque sententiae auctorem* di-

e) subperturbatur (albam canem in deliciis habere consuerat) ut illum vidit canem nigrum, villosum: sane non quem velis tibi in tenebris occurrere. f) Et 3

e) *subperturbatur*. Sic restituit Gronov. e Cod. suo Harlem. Consentiunt t. Ruhkopf. plerique Pariss., quorum duo tamen vulg. *superturbatur*, unus *perturbatur* habent. Sed hic quoque edit. rom. ab omnium Codd. lectione dissentit, sic legens: *pusillum subperturbatur, ut illum vidit canem nigrum. Nam albam canem in deliciis habere consueverat, ille autem totus informis est, nec quem velis-occurrere.* — Vulg. *consuerat* recte habet; Sg. *adsueverat;* male. — *non quem.* Sic Codd. S. A. et Sg. legunt; Weissenb. *nunquam;* vulgo *quem non.*

f) *Et magna voce, cet.* Inopinata haec verba post praecedentia mihi quidem videntur; quin, dubium mihi omnino movent, omnia, inde a verbis *sese movens*, usque ad *occurrere* interposita esse. Neque ea sunt, quae propter festivitatem retineri admodum velis; certe ad ridendum Claudium vel eius apotheosin nihil quidquam faciunt. Sed aliis rem iudicandam relinquo. — Quod ad ipsa verba *Et magna voce, cet.* attinet, egregie sic, omissa tantum voce *Caesar* dederunt Codd. Weissenb., S. A. et Sg.; merito probante Orellio. Una hac in re variat Sg., quod pro illorum *veniet* habet *venit;* aliquanto melius, meo quidem iudicio. Vulgatam *Et magna inquit voce: Claudius Caesar venit*, ex qua praeeunte Orellio vocem *Caesar* retineo, mirum est editoribus non visam esse emendatione egere.

cit Tacit. Annal. V. 3. et VI. 5. Huius tamen nec *Fabii* caedes non memorantur. — *Mnester Pantomimus*, Messalinae adulter. Cf. Dio Cass. LX. 22., 28, et 31.; homo turpissimae notae, vid. Suet. Calig. 36. (Pessime ex h. Suet. loco Ruhkopf. *M. Lepidum Mnesterem* eum nominat, duos distinctos viros confundens). — *decoris causa minorem fec.* i. e. capite minuerat, opinante Fromondo, etsi de genere necis non constet.

magna voce: Claudius, inquit, Caesar venit. [g]) Ecce extemplo cum plausu procedunt cantantes: *Εὕρηκαμεν, συγχαίρωμεν.* [h]) Hic erat C. Silius, Cos. designatus, Iuncus Praetorius, Sex. Traulus, M. Helvius, Trogus, Cotta, Vectius Valens, Fabius, Equ. Rom.,

---

g) *Ecce extemplo, cet.* Hic quoque consensus Codd. Weissenb., S. A. et Sg. memorabilis est, qui omnes verba *Ecce extemplo* omittunt, legentes illi : *veniet. Cum plausu*, hic : *venit et cum plausu.* Facile autem ex *venit* et corruptum *veniet* fuerit. Vulgatam tamen *Ecce extemplo* retineo, ob praecedens *Et magna;* si expungenda verba *sese movens - occurrere* sint, scribam : *bellua centiceps, et magna - venit. Et cum plausu, cet.* — Graeca *εὕρήκαμεν, συγχαίρωμεν* restituit Nic. Faber. Minus recte Hadr. Iunius e Cod. suo dedit *ἠρήκαμεν, συγχαίρ.* Vid. annot. Unus ex Pariss. Codd. t. Ruhk. parva corruptione habet *θιρήκαμεν, συγχαίρ.;* in reliquis, deerant ex more Graeca.

h) *Hic erat C. Silius — Equ. Rom.* Nomina haec partim N. Faber et Hadr. Iunius e Codd. suis coll. Tacit. Annall. XI. 30. sqq., partim Lipsius ad Tacit. l. l. c. 35. restituerunt. Edit. rom. habebat : *Hic erat cons. designatus Iunius praetorius, Sex. Trallianus, Helvius, Trogus, Coriotectus, Valens Fufidius, Equ. Rom.* — *Iuncus* pro *Iunius* emendavit Sonntag., ut sit *Iuncus Virgilianus senator*, cuius caedem memorat Tacit. l. l. — *Sex. Traulus* praeeunte Lipsio ad Tac. l. l. rescripsi pro vulg. *Sex. Trallus.* — Mox *Mnester* bene habet. cff. Lips. et Oberlin. ad Tacit. l. l. 4. et Gronov. ibid. 36.

Non enim h.l. *capitis diminutio*, quae proprie dicebatur, intelligenda est, quo sensu *capitis minor* dicitur apud Hor. Od. III.5. 42. *Decoris* autem *causa*, ait Fromond., quod fortasse longo nimis et enormi corpore esset. Melius vero videtur Gruterus *decorum* istum eo explicare, quod Claudium pronum in misericordiam Mnesteris « perpulere liberti (Tacit. Annal. XI.

quos Narcissus duci iusserat. Medius erat in hac cantantium turba Mnester Pantomimus, quem Claudius decoris causa minorem fecerat. Nec non ad 4
Messalinam cito rumor i) percrebuit, Claudium venisse. Convolarunt primi omnium liberti, Polybius,

---

i) *percrebuit.* Variant editt., aliae *percrebruit*, aliae *percrebuit*, aliae *percrepuit* legentes. Fromond. hoc postremum praeferendum putat, tamquam magis ad subitum illum Narcissi clamorem; quod mihi quidem minus placet. *percrebuit*, quod habet Cod. Sg. et *percrebruit*, utrumque recte scribitur; hoc tamen praeferendum videtur. cff. Drakenb. ad Sil. Ital. X. 1. Gesneri Thes. h. v. Ruhnken. in Suet. Scholiis p. 107. — *Convolarunt primi omnium.* Sic scribendum puto. Vulgo *convolarunt primum omnium;* Cod. Sg. habet *convolant primi omnium*, quod probat Orellius. Equidem ex hac lectione τὸ *primi* reponendum, e vulgata vero perf. *convolarunt* retinendum censeo. Finguntur enim, uti apparet, Claudii liberti in inferis circa Messalinam fuisse, atque igitur, ubi rumor ad Messalinam percrebruit, *convolarunt.* Cod. Weissenb. omitt. *primum*, unde Rhenan. coni. *Convolarunt obviam liberti.* — Nomina *Polybius*, *Myron*, *cet.*, restituta ab Hadr. Iunio e Cod. S. A., merito receperunt Editt.; solum pro *Pheronactes* dedit *Pheronattus.* Consentiunt t. Ruhk. duo Pariss. Codd.; Orellii Sg. habet *Amphaeus*, *Pheronactus.* Huius Cod. auctoritate partic. *et*, qua in prioribus editt. haec nomina iunguntur, venustius eam abesse

36.), ne tot illustribus viris interfectis, histrioni consuleretur: sponte an coactus tam magna peccavisset, nihil referre.» Itaque interfectum esse, quia indecorum fuisset, tot illustribus viris sublatis, Pantomimum vivere.

4. *Polybius, cet.* Uti Narcissus ab epistolis, ita Polybius (ad quem scripta Consolatio Senecae est) a studiis Claudio

Myron, Harpocras, Amphaeus, Pheronactes, quos Claudius omnes, necubi imparatus esset, praemiserat. Deinde Praefecti duo, Iustus Catonius et 1) Rufus Pompeii filius. Deinde amici, Saturninus Lusius et Pedo Pompeius, et Lupus, et Celer Asinius, Consulares.

---

censens, expunxi. — *quos Claudius omnes-praemiserat.* Sic egregie Sg. cum duobus Ruhk. Pariss. Codd. et Weissenb., qui tamen *imperatus* legit. Ruhk. nihilominus cum prioribus editt. scripsit *quos omnes*, omisso *Claudius*, quae vox abesse non potest. Quorundam Codd. lectio, *ne nisi imperatus esset* male placuit Nic. Fabro. Rhen. ex edit. rom. habet : *Convolarunt primum omnium liberti Myron, Ampyronas, Ampaeus, Phaeronas, Posides, hasta pura insignis Felix cum Pallante fratre, Harpocras, Polybius, quos omnes Claudius. Quaestoriis Praetoriisque muneribus ubi impertitus esset, praemiserat.* Quam lectionem non tantum interpolatam, sed etiam falsam esse, satis Editt. docuerunt. Fons ei fuit fortasse Suet. Claud. 28. *Pallas* a Nerone admodum senex occisus est, t. Tacit. Annal. XIV. fin.

1) Pro *Rufus Pompeii F.* Sg. corrupte *Rofium* (a sec. manu *Rufium*) *pom. filius.* — Mox *Saturninus Lusius* scribo cum Cod. Sg. coll. Tacit. Annal. XIII. 43. Cod. S. A. habebat *Saturnius Lusius*; editt. *Saturnius Luscius* aut *Luscus.* cf. Lips. ad Tacit. XI. 31.

fuit, t. Suet. 28., ubi *Harpocras* quoque Claudii libertus memoratur. Ceteri tres non aliunde noti.

Iustus Catonius, Praefectus Praetorio, Messalinae iussu occisus est, t. Dione Cass. LX. 18., ne Claudio eius libidines patefaceret. — *Rufus* videtur esse Sulpicius Rufus, de quo Tacit. Annal. XI. 35. fin. *Rufus Crispinus* enim, qui sub Claudio praefectus praetorio fuit (Tacit. XII. 42.), sub Nerone cecidit (Id. XVI. 17.): *Pompeiorum* cognomen *Rufus*

Novissimae fratris filia, sororis filia, m) generi, socer, socrus, omnes plane consanguinei. Et agmine facto 5 Claudio occurrunt. Quos quum vidisset Claudius, exclamat: Πάντα φίλτατα πλήρη! Quomodo vos huc venistis? — Tum Pedo Pompeius: Quid dicis, homo crudelissime? quaeris, quomodo? Quis enim nos alius huc misit quam tu, omnium amicorum interfector? In ius eamus: ego tibi hic sellas ostendam.

XIV. Ducit illum ad tribunal Acaci: is lege Cor-

---

m) *generi*, *socer*. Cod. Sg. cum editt. rom. et Erasm. (et Cod. Weissenb., ut videtur) legit *generi*, *soceri*. All. *gener*, *socer*. Generos autem duos, socerum unum a Claudio occisos esse constat; quare scribo *generi*, *socer*. — Paulo post *Quomodo vos huc ven.* Sg. minus recte ommittit voc. *vos*. Idem a Sonntagii edit. abest. — Mox *sellas*, uti edit. rom. dedit, bene habet. Cod. Sg. cum Weissenb. et S. A., et Ruhk. Pariss. duo habent *stellas*. Iunius *sitellas*, Kortius *stelas* haud male scribi putabat. Vulg. tamen recte tuentur Fromond. et post Gronov. Huet. t. Ruhk., qui iis cum Sonntag. quoque accedit.

fuisse, docet Ernesti Ind. hist. sub voc. *Pompeius*. — De *Saturnino Lusio* et *Cornelio Lupo* vid. Tacit. Annal. XIII. 43. — *Pedo Pompeius*. Id. ibid. XI. 35. Pompeii Urbici cuiusdam meminit; idemne fuerit, non constat. — De *Cetero Asinio* nostro silentium historicorum est.

5. *Quomodo vos huc venistis?* En Claudii μετεωρίαν rursus et ἀβλεψίαν. — *Sellas* Acaci, Minois et Rhadamanthi. Praetores Romani ius dicentes sellae curuli insidebant. vid. Heinecc. Ant. Rom. IV. 6. 7. Cf. Id. ibid. 18. 14. edit. Hauboldi.

XIV. Claudius damnatur ab Acaco.

nelia, quae de sicariis lata est, quaerebat: postulat nomen eius [a]) recipiat, edit subscriptionem: Occisos senatores XXX, Equites Romanos CCCXV atque plures, ceteros cives, ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Exterritus Claudius oculos undecunque circumfert, vestigat

---

a) *recipiat.* Sic egregie Sg. cum Cod. S. A. pro vulg. *recipi.* S. A. habet *recipiat cedit.* Edit. rom. *recipit aedit.* — *Equites Rom.* - *ceteros cives.* Vulgo: *Equites Rom.* - *ceteros CCXXI.* Sonntagii emendationem *ceteros cives* cum Ruhkopf. recepi. Rhenanus legendum *Equites Rom. CCXXI, ceteros* ὅσα *rell.* putabat. Sg. habet *Equites Rom. CC, ceteros CCXXI.* — Quae sequuntur, *Exterritus* - *defenderet,* omittuntur a Codd. Weissenb. et Sg., sed retinenda videntur; nisi fortasse verba *vestigat* - *defenderet* ex glossa sint, ideoque delenda. Dubium movere possunt postrema *qui se defenderet.*

1. *Is* - *quaerebat.* Inducitur Aeacus plane ut Praetor Romanus, Quaesitor de sicariis. Cf. Heinecc. Ant. Rom. IV. 18. 13. — *De lege Cornelia* Sullae dictatoris, lata A. U. 671., eius historia et capitibus, vid. Id. ibid. § 58. edit. Hauboldt. Cf. Orell. in Indice Legum. Edit. Cicer. VIII. p. 162.

postulat nomen eius recipiat, edit subscriptionem. Sic enim fieri Romae solebat: negante crimen reo, *postulabat* accusator, ut nomen eius inter reos Praetor *reciperet*, i. e. ut nomen delatum in tabulam referret, ac tunc scribebatur libellus accurate concipiendus, nominis, criminis, loci, temporis, personarum facta mentione; simul accedere debebat *subscriptio* ad similitudinem poenae, i. e., qua accusator ad similitudinem supplicii se obstringebat, si non probasset, simulque cavebat, se in crimen perseveraturum usque ad sententiam. — Sed et alia *sr*

aliquem patronum, qui se defenderet. Advocatum non invenit. Tandem procedit P. Petronius, vetus convictor eius, homo Claudiana lingua disertus, et postulat advocationem. Non datur. Accusat Pedo 2
Pompeius magnis clamoribus. [b]) Incipit Petronius velle respondere. Aeacus, homo iustissimus, vetat.

---

b) *Incipit Petronius*, Sg. *incipit patronus.* Minus recte, ut mihi quidem videtur, quum negata Petronio advocatio esset. — Mox *vetat. Illum tantum altera parte.* Sic vulgo recte. Sg. habet *vetat et illum;* male. Idem deinde *altera tantum parte*, quod vide ne a manu correctoris sit.

scriptio dicebatur, quando pluribus simul accusantibus, accusatores secundarii libello nomen subscribebant; qui inde *subscriptores* dicebantur. — *Subscribere* igitur et *subscriptio* saepe idem atque *accusare* et *accusatio*. Cff. Heinecc. l. l. § 18 et 19. Gesner. Thes. v. *subscribere* et *subscriptio*.

· ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Hemist. Hom. Il. IX. 385.

· *patronum qui se defenderet. Advocatum, cet. Patronus* est patronus causae, ut patet. *Advocatus* autem Ciceronis tempore est amicus, quem vocamus ad nos, ut eum consulamus de controversiis nostris, quique honoris causa in iudicio in subsellis nostris sedet, aut nobiscum in rem praesentem venit. vid. Ernesti Clav. Cic. in voce. Eadem significatione frequenter Seneca vocibus *advocatus* et *advocatio* utitur, sed saepe apud eum simpliciter advocatus est, quicunque consilium aliquod roganti dat: de Clem. I. 9. *Gavisus sibi, quod advocatum invenerat.* Epist. XCIV. 595. A. edit. Lips. 1652. *nonne apparet nobis esse opus advocato, qui contra populi praecepta praecipiat?* Ibid. 596. A.

Illum tantum altera parte audita condemnat, et ait: c) *Εἶπε πάθοι τὰ κ' ἔρεξε, δίκη κ'ἰθεῖα γένοιτο.* Ingens silentium factum est. Stupebant omnes, novitate rei attoniti: negabant hoc unquam factum. Claudio iniquum magis videbatur, quam novum. — De genere poenae diu disputatum est, quid illum pati oporteret.

---

c) *Εἶπε πάθοι, cet.* Sic Codd. fere omnes, qui quidem Graecis non carent, uti h. l omnes Pariss. integri, t. Ruhk. Unus Nic. Fabri Cod. *αἶπε πάθοις τὰ κ'ἔρεζας, cet.* diserte scriptum habebat. Sed nostra lectio, ut observat Fromondus, idem sonat, et metri leges melius servat. — *iniquum magis.* Sg. *magis iniquum.*

necessarium itaque est admoneri, et habere aliquem advocatum bonae mentis. Et creditur proprie minor patrono fuisse (vid. Zumpt. ad Cicer. Verr. p. 208.). Sed eosdem causas erasse quoque sub imperatoribus apparet. Noster de Ira II. 13. *cui enim tandem vitio advocatus defuit?* Epist. CVIII. 634. C. *Adhuc docilibus leviterque corruptis iniicit manum veritas, si advocatum idoneum nacta est.* Tacit. Annal. XI. 6. «legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus, *ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat,*" et paulo post: «nunc inimicitias, accusationes, odia et iniurias foveri, ut quomodo vis morborum pretia medentibus, sic fori tabes *pecuniam advocatis ferat.*" Id. Or. 11. «neque enim ita (i. e. Oratores) appellamus, nisi antiquos; horum autem temporum diserti *causidici* et *advocati* et *patroni* et quidvis potius quam *oratores* dicuntur." Equidem igitur coll. l. nostro et Senec. de Ira III. 7. «Haec tot millia ad forum prima luce properantia, quam turpes lites, quanto turpiores *advocatos* habent" et

Erant qui dicerent, [d]) si uni dii laturam fecissent, 3
Tantalum siti periturum, nisi illi succurreretur; non unquam Sisyphum onere relevari; aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam. Non placuit ulli ex

---

d) *si uni dii laturam fecissent.* Codd. fere omnes sic dederunt. Alii, t. Fromondo, *si minus Dii laturam f.* Sg. *sium diu laturam f.* Multae sunt, quibus hunc locum tentarunt VV. DD., coniecturae. Rhen. *semidei larvam facesseret.* Iunius *dilaturam.* Alciat. Parerg. VI. 5. *ullam dilaturam.* Flor. Christian. *si unius diei dilaturam.* Fromond. *si minus* immortalem *dii naturam.* Nec melius Gronov. *si uni Dii gratiam fec.* Ingeniose Orell. *dicerent, Tityum iam diu vultures pavisse.* Sed vel hanc non recipiendam esse puto; nimis enim a vulg. recedit, et vero insolita, quae sequitur, sententia hypothesi quadam vix exspectabili egere videtur. Equidem coniiciebam *si uni dii profuturam* sc. Claudii poenam *fecissent.* Quid vero si vulgata bene habeat, sic explicanda: *si Dii fecissent* i. e. statuissent Claudii poenam *uni laturam* hanc opem, ut missionem ei afferret, vel eiusmodi quid? — Nihil definio; arrogantiae enim esset in tot summorum virorum haesitatione; sed sic locum probare mihi videor. Iudicent VV. DD. — *non unquam - relevari.* Omittuntur haec a Codd. Weissenb. et Sg. — *ex veteranis* bene habet; Sg. *ex veteribus;* Weissenb. ea non habebat, sed lacunulam h. l.; S. A. corrupte *illi ex veteris.*

paulo post: „corona pro malâ causâ, bonâ *patroni* voce corrupta," ita distinguendum puto, ut advocatus et patronus causae hoc aevo iidem proprie fuerint, sed patroni ratione causae habita dicerentur; ita ut patronus semper advocatus, non vero hic semper patronus fuerit. Itaque l. nostro P. Petronius, si data ei fuisset, quam postulabat, advocatio, Claudii non patronus, sed advocatus, eius causae vero non advocatus sed patronus exstitisset. *Causidicorum* autem uno nomine

veteranis missionem dari, ne vel Claudius unquam simile speraret. e) Placuit novam poenam excogitari debere, instituendum illi laborem irritum, et alicuius cupiditatis spes sine effectu. Tum Aeacus iubet illum alea ludere pertuso fritillo.

---

e) *Placuit - irritum.* Consentiunt rursus hic Codd. Weissenb., S. A. et Sg., habentes : *poenam constitui debere, excogitandum illi laborem irritum ;* quam lectionem ut veram commendat Orell. Mihi quidem vulg. optime habere videtur. Excogitanda enim erat poena nova, qua instituieretur illi labor irritus. Et *excogitari* recte praeterea de *nova* poena. — *spes sine effectu.* Sic Cod. Sg. *Spes* habent omnes ceteri Codd. t. Ruhk.; de reliquis verbis in Editt., qui Codd. contulerunt, silentio nihil affirmare possum, sed videntur in iis cum edit. rom. consentire, quae habet *sine fine effectus.* Vulg. *species sine fine et effectu*, quam sequuntur Fromond., Gronov., Sonntag. et Ruhk., e Curionis emendatione est. Schefferi emendationem *speciem* quare Ruhk. Curionis illi postponat, non videre me fateor. Rhen. *specimen sine effectu* emendari volebat. Sed *spes* non mutandum esse, et cum Fromondo voc. *fine*, tamquam ex *sine* perperam geminatum, expungendum esse censeo. Quare cum Sg. scribo, recte praeeunte Fromondo.

eos omnes illo tempore complexi fuisse videntur, qui causis orandis operam darent, imprimis qui quaestus faciendi gratia eas sectarentur. Neque igitur ullum discrimen est inter advocatos, patronos causae et causidicos, quoties hos illosve maxima ignominia notatos invenimus. — *P. Petronii* meminit Tacit. Annal. III. 49. et VI. 45.

3. *si uni dii laturam fec.* vid. varr. lectt. — *Tantalum-Sisyphum-Ixionis.* Exemplo hi citabantur, ut Claudius unius eorum alteriusve vice gravissimam poenam subire iuberetur.

XV. Et iam coeperat fugientes semper tesseras quaerere et nihil proficere;

Nam quotiens missurus erat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo;
Cumque recollectos auderet mittere talos,
Lusuro similis semper, semperque petenti,
5 *Decepere fidem: refugit, digitosque per ipsos*
Fallax assiduo dilabitur alea furto.
Sic quum iam summi tanguntur culmina montis
Irrita Sisyphio volvuntur pondera collo.

Apparuit subito C. Caesar, et petere illum [a]) in 2 servitutem coepit: producit testes, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulantem. [b]) Adiu-

---

a) *in servitutem - testes.* Sg. *in servitutem. Coepit producere testes.* Male.

b) *Adiudicatur - donat. Is Menandro.* Vetus Iunii Codex: *Adiudicatur. C. Caesar illum Aeaco donat. Is, rell.* Vulg., quam Editt. secuti sunt: *Adiudicatur C. Caesari. Illum Aeacus donat. Is, rell.* Verum enimvero, quum Aeacus, iustissimus iudex, Claudium *adiudicet* C. Caesari, tamquam iure illum petenti, quomodo illum *donare* huic dici posset? Praeterea illud *Is* sic male habet; difficile

alea ludere. Studiosissime aleam lusisse Claudium, imo de hac arte librum emisisse, testis est Suet. 5. et 33.

XV. Poetice describitur Claudii poena. Servo libertinus apponitur.

2. *flagris - vapulantem.* Cf. Suet. Claud. 8. — *Adiudicatur - tradidit.* Auget mirum in modum contumeliam, quod Claudius, Romanorum quondam imperator, C. Caesari servus adiudicatus, statim ab eo

dicatur C. Caesari. Caesar illum Aeaco donat. Is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus abesset.

---

enim in hoc nominum ordine ad C. Caesarem referretur. – Sic scripseram. Ecce Sg. habet : *Adiudicatur C. Caesari Caesar illum eaco donatus Menandro :* clara iam veritas; scribe *Adiudicatur C. Caesari. Caesar illum Aeaco donat. Is Menandro.* – Postremo *a cognitionibus abesset.* Sic omnes Nic. Fabri Codd. cum edit. rom. Codd. S. A. et Sg. habent *a cognitionibus esset*, quod probabat Lipsius. Vulg. *a cognitionibus ei esset.* Sed vix mihi persuadere possum, quamvis ironice id factum intelligat Lipsius Antiq. Lect. IV. 21., Claudium, quem iudicem summo iure ridet, a cognitionibus in inferis factum haberi voluisse Senecam, ne de Aeaci liberti cognitionibus loquar. Potius Menandro *traditum* (quod probe distinguendum a praec. *donat*) crediderim, ut ab Aeaci *cognitionibus abesset*, ab iisque remotus poenam suam lueret. Quare hanc lectionem reposui.

donatur Aeaco. Igitur in servitutem eum petiit C. Caesar, non ut eo uti liceret, sed tantum ut servus Claudius esset. Aeacus vero liberti sui curae eum tradit, ut a cognitionibus fatuus arceatur. Acerba sane haec Claudii Apotheoseos, acerba Senatus Populique Romani derisio est. *Menander*, Aeaci libertus, non alibi memoratur. Qui vulg. lectionem tuentur, Caligulae libertum eum habent, non maiore auctoritate.

THESES.

I.

L. Annaeo Senecae tribuenda est, quae eius nomine fertur, *Apocolocyntosis*, satira in Claudii Caesaris Apotheosin.

II.

Apocolyntosi Claudius Caesar non magis quam Senatus Populusque Romanus perstringitur.

III.

Laudandum est propositum, quo *Apocolocyntosin* scripsisse Seneca putandus est.

IV.

Fallitur Io. Casp. Orellius, Apocol. c. 14. Codicis Sangallensis lectionem *Placuit novam poenam constitui debere, excogitandum illi laborem irritum* vulgatae *Placuit - excogitari debere, instituendum - irritum* praeferendam esse censens. *Epist. crit. ad Madvig. X. pag. XLVII.*

V.

Consolationis ad Polybium cum Spaldingio (Acta Acad. Berol. 1803. p. 216. sqq.) L. Annaeum Senecam scriptorum esse statuo.

VI.

Temere Ritterus (Zeitschrift f. d. Alterthumswissensch. 1840. p. 394) : *Dass Ennius die Heldenthaten des Scipio nicht in einer Sammlung von Satiren zum Besten gegeben haben wird, sollte sich von selbst verstehen; wenigstens dürfen wir ihm ohne die triftigsten Gründe eine solche Verkehrtheit und Abgeschmacktheid nicht aufbürden.*

VII.

Intactum Graecis carmen fuit satira Luciliana.

VIII.

In plurimorum Criticorum dissensione de aetate, qua Plato Phaedrum scripserit, multis partibus sese commendat Socheri et Stallbaumii sententia, qui matura, non iuvenili aetate philosophum hunc dialogum scripsisse putant.

IX.

Vere videtur iudicare von Rotteck. *Allgem. Gesch. für denkende Geschichtsfr. I Bd. II Abschn. c.* 9. § 2., ubi de Lucretiae morte et Tarquinio expulso agens haec habet : *Den stolzen Patriziern, um deren Ansprüche es eigentlich mehr als um die Rechte der Gesammtheit bei dieser Revolution sich handelte, mochte der tragische Anlasz willkommen seyn, der ihre Sache populär machte, und ihnen das Volk als ein williges Werkzeug zur Erreichung ihrer Absichten in die Hände gab.*

X.

Cum e tota Reipublicae Romanae conditione, tum ex ipsius

civitatis initiis explicandum videtur, Romam totius fere orbis terrarum dominium sibi vindicare potuisse.

XI.

Ad indolem Neronis perspiciendam faciunt omnino, Suetonii verba : *negavit, quemquam principum scisse, quid sibi liceret.* in Vita c. 37.

XII.

Claudius et Nero Caesares post bona initia uterque ad immanem crudelitatem delapsi sunt; sed alter ingenio fatuus, metu incitatus, alter monstrum naturâ, metu liberatus.

XIII.

Spartanis legum Lycurgicarum observantia, quum diu saluti fuisset, tandem perniciosa esse debuit et fuit.

XIV.

Etsi inter nova officia ab Augusto excogitata *curam viarum* quoque recenseat Suetonius *Aug.* 37., tamen iam libera Repl. et Quatuorviri et Curatores viarum fuisse videntur.

XV.

In multis illis cum veterum, tum recentiorum opinionibus de origine nominis *Consul*, maxime probabilis videtur sententia Pomponii *de Orig. Iuris. I.* 2. § 16 : *Consules ab eo quod plurimum reipl. consulerent.*

CORRIGENDA.

Pag.	2	l.	15.	*dicencendi*	l. *dicendi*
»	12	»	8.	*veit*	» *velit*
»	17	»	12.	*eum*	» *eum*
»	23	»	21.	col. 2. *tyranidem*	» *tyrannidem*
»	30	»	4.	*explicatie*	» *explicatio*
»	30	»	19.	*eertam*	» *certam*
»	30	»	4.	col. 1. *dixris*	» *diceris.*
»	33	vs.	1.	*Phoebus cursu*	» *cursu Phoebus*
»	39	l.	10.	col. 2. *ab magnum*	» *ob magnum*
»	53	»	22.	» 2. *Excendescit*	» *Excandescit*
»	77	»	10.	*Cod. sue*	» *e Cod. suo*
»	90	»	5.	*fortun a*	» *fortunas*
»	93	»	3.	*Herodian. III.*	» *Herodian. III.* 14
»	93	»	ult.	*Poeta*	» *Poetae*
»	95	»	15.	*ommittantur*	» *omittantur*
»	96	»	8.	*habere videntur,*	» *habere videntur.*
»	98	»	9.	*venit* et	» *venit et*
»	100	»	14.	*Claudius. Quaestoriis*	» *Claudius, Quaestoriis*
»	101	»	14.	*ommittit*	» *omittit*
»	104	»	9.	ἔρεζας	» ἔρεξας
»	109	»	3.	*Apocolyntosi*	» *Apocolocyntosi*
»	110	»	ult.	*scriptorum*	» *scriptorem*

JAN 14 '64 H
96547

JUN 16 '64 H
289.642

3 2044